(L.C. Cds. Ord.
6-19-64)

FRANCISCI DE PAVLA
SCHRANK,
DOCTORIS THEOLOGI, CET.

ENVMERATIO
INSECTORVM AVSTRIAE INDIGENORUM.



DEC 19 1903
187711
National Museum.

CUM FIGURIS.

AVGVSTAE VINDELICORVM,
APVD VIDVAM EBERHARDI KLETT ET FRANCK.

MDCCLXXXI.

17 81

Nihil ad hiſtoriae naturalis incrementum magis proficere poſſe putarem, quam ſi plures homines, in qualibet regione naturalia omnia ſedulo deſcriberent.

CL. SCOPOLI *praef. ad entomol. carn.*

SMITHSONIAN LIBRARY

QL
482
A9
S37
1781
SCNHRB

PRAEFATIO.

Quod a poëtis exigit Horatius, ut, quod coeperint opus, nonum prematur in annum, id ego, in alio quidem longe opere, abunde praeſtiti, uti nulla mihi, ſi forte, quod tamen haud vereor, diſpliciturum ſit, excuſatio relinquatur.

Habes nempe, Lector, enumerationem inſectorum Auſtriae indigenarum, non quidem omnium, at quamplurimorum, omnium nempe eorum, quorum mihi inveniendorum copia fuit. Alpes non ipſe vidi; hinc pauca tantum inde delata inſecta deſcribo, cautus ſemper, ne aliena minus certa relatione deceptus lectorem in eundem mecum errorem abripiam.

Illud mihi in omni hoc libro longe antiquiſſimum fuit, brevis ut eſſem, probe gnarus, inutilibus repetitionibus ſcientiam hiſtoriae naturalis impediri magis quam promoveri; & quia immortali operi, quod de Lepidopteris cum toto erudito orbe a Viro Clariſſimo, IGNATIO SCHIFFERMÜLLERO, Sac. Caeſ. Majeſtatis Conſiliario, Collegiique Nordici, quod Lincii eſt, Moderatore, expecto, addi nihil poſſe plane exiſtimem, ordinem hunc inſectorum omnino praetermiſi.

Finis praeſentis opellae is eſt praecipuus, ut ii, qui in Auſtria, vicinisque provinciis Entomologiae navant operam, ductorem haberent aliquem, neu illis idem, quod mihi ſaepenumero, contingat, ut inſecta meridionalis borealiorisque Europae incolas LINNAEO dicta, in Auſtria inveniri poſſe deſperent, ſaepe inſectum optime determinatum non alia de cauſa inter dubia reponant, quam quod Apennini, Apuliae, aut Lapponiae incola dicatur. Habet certe Auſtria cum Lapponia Blattam *lapponicam*.

eam, cum Helvetiae Sueciaeque frigidis *Cerambycem* alpinum aeque communem ac cum Montis peſſulani accolis Cerambycem *Cardui* aut cum ardenti Aegypto culicem *Aegypti* HASSELQUISTIO dictum.

Alterum, quod mihi, dum hoc opuſculum conſcriberem, propoſui, id erat, ut ex ditiſſima rerum naturalium Auſtria quaedam ſcientiae naturali, ejusque parti ab Auſtriae ſcriptoribus hucusque magis neglectae, Zoologiae dico, accederent incrementa.

Tempus anni, quo lectum quodque individuum, diligenter notavi, certus in inſectis inveniendis illud negligi aeque parum, ac in legendis plantis debere. Menſuras adcuratas ad pedem Viennenſem exactas addidi, non, quod illae non ſaepe excedantur, aut excedant, ſed quod vel haec differentia non ſit usque adeo magna, vel certe ſemper inter partes adcurata ſervetur proportio.

Genera Linnaeana placuerunt; ut novitatis Studioſus non ſum, ita mihi plane perſua-

ſum eſt, laborandum non eſſe circa Syſtema quoddam, quod nonniſi genera *Naturalia* complectatur. Placet & artificium, modo memoriam juvet, & inveniendi facilitatem praeſtet. Unum tamen ſuppreſſi *Attellabi* genus, quod eo non alia inſecta comprehendi probe intelligerem, quam, quae LINNAEO, quem honoris cauſa nominatum volo laborioſo Syſtematis condendi opere defatigato ſupererant, & cum jam taederet, iis, in ſuo cuilibet genere ex jam conſtitutis, locum adſignare, in cumulum non ſatis aptum conjecta ſunt. Contra *Pyrochroae* genus, Clariſſimi GEOFFROYI doctrinam ſecutus conſtitui, quod mihi a reliquorum, adfinium licet, ſtructura nimis abludere viderentur inſecta illa, quae in hoc genere deſcribo. *Meloes* quoque genus a *Proſcarabaeo* ſejunxi; neſcio quid abludens alata illa inſecta, quae huic generi inſeruit Illuſtris LINNAEUS, ab habitu toto unctuoſi illius, pigri, ac paralytici Proſcarabaei & proxime ad finium habent; nec cuiquam, ſi ad caput in utrisque deflexum non reſpexerit, facile ſubeat opinari, nitidulas illas

illas ac ſumme volucres Chantharides officinarum cum inertiſſimo facile inſectorum unum genus conſtituere. Non is ſum, qui minutias quasvis in Syſtematibus exagitet; omne Syſtema, quod non ipſa condidit Natura, ſuas imperfectiones habere plane debet; hinc

Ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis;

at cavendum tamen eſt ſedulo,

Non ut placidis coëant immitia, non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

Reſtat ut nonnihil, fors non prorſus importune, de hujus operis ſuſcipiendi ratione dicam. Fructus eſt horarum ſubſecivarum, & prorſus mearum, earum nempe, quas alii jocis, ludis, confabulationibus inſumunt, & perdunt. Hoc ego ſtudio, ſi quae mentem adverſa obnubilabant, ſerenitatem ſaepenumero recuperavi, melancholiae triſtiſſimos paroxysmos de-

puli, deambulationes, quas valetudo imperabat non ſane firmiſſima, condivi, effecique, ut tum fortaſſe minime eſſem ſolus, cum maxime procul mortalibus. Certe non alibi feſſam a graviorum ſcientiarum ſtudio mentem jucundius aeque atque honeſtius conquieſcere poſſe exiſtimo, ac plane expertus ſum, quam in Naturae contemplatione; videt enim hic, ut minores omnes laudes praeteream, videt hic operantem, auditque loquentem DEUM, & adorat.

Reliqua liber ipſe docebit. Unum addo, me in hoc Naturae ſtudio non civem eſſe, ſed ſpectatorem, qui viſa notet diligenter, adytis fortaſſe adhuc prohibitus. Coeterum tu, Lector, huic qualicunque opellae fave & vale.

GENE-

GENERA INSECTORUM.

ORDO I.

COLEOPTERA.

Elytra coriacea, alas plerumque tegentia. *Os* maxillis transversis.

SCARABAEUS, Scharrkäfer.

Antennae capitatae, capitulo lateraliter fissili. *Tibiae* anticae dentatae.

LUCANUS, Schröter.

Antennae clavatae; clava compressa, latere latiore pectinato fissili.
Maxillae porrectae, exsertae, dentatae.

DERMESTES, Kleinkäfer.

Antennae clavatae: capitulo perfoliato, articulis tribus extremis crassioribus.
Thorax convexus, vix marginatus; caput plerumque recipiens.

PTINUS, Bohrkäfer.

Antennae filiformes: articulis ultimis longioribus.

Thorax subrotundus, non marginatus, caput excipiens.

HISTER, Dungkäfer.

Antennae capitatae capitulo indiviſo.
Thorax caput recipiens.
Elytra corpore breviora.
Tibiae anticae dentatae.

GYRINUS, Drehkäfer.

Antennae clavatae
Pedes natatorii
Oculi quatuor; duo ſupra, duo infra.

BYRRHUS, Ragkäfer.

Antennae clavatae, ſubſolidae, ſubcompreſſae.
Membra ſquammulis tecta.

SILPHA, Grabkäfer.

Antennae extrorſum craſſiores.
Thorax planiuſculus, cum elytris marginatus.
Caput exſertum.

CASSIDA, Schildkäfer.

Antennae extrorſum craſſiores.
Thorax planiuſculus, cum elytris margi natus.
Caput ſub thorace reconditum.

COCCINELLA, Sonnenkäfer.

Antennae ſubclavatae.
Palpi clava ſemicordata.

Corpus

Corpus hemisphaericum, thorace elytrisque marginatis, abdomine subtus plano.

CHRYSOMELA, Goldhähnchen.

Antennae moniliformes.
Thorax, non elytra, marginatus.

BRUCHUS, Saamenkäfer.

Antennae apicem versus crassiores.
Caput postice attenuatum, elongatum.

CURCULIO, Rüsselkäfer.

Antennae clavatae, rostro insidentes
Caput antice in rostrum attenuatum.

CERAMBYX, Bockkäfer.

Antennae extrorsum attenuatae
Thorax spinosus, aut gibbus, aut cylindricus.
Elytra linearia, aut subattenuata; rigida.

LEPTURA, Holzkäfer.

Antennae setaceae aut filiformes.
Thorax ovatus, aut globosus; inermis.
Elytra attenuata, molliuscula.

NECYDALIS, Bastardbockkäfer.

Antennae setaceae.
Elytra alis breviora; aut attenuata, striis aliquot carinatis longitudinalibus.
Abdomen simplex.

LAMPYRIS, Glanzkäfer.

Antennae filiformes.
Elytra flexilia.

Thorax

Thorax planus, semiorbiculatus caput subtus occultans.

PYROCHROA, Feuerinsect.

Caput cordatum; oculi reniformes, transversi.
Antennae pectinatae
Thorax rotundatus, orbiculatus, planus, non marginatus.
Tarsorum anticorum articuli quinque, posticorum quatuor.

CANTHARIS, Fliegenkäfer.

Caput exsertum.
Antennae setaceae.
Thorax marginatus.
Elytra mollia, flexilia.

ELATER, Springkäfer.

Antennae setaceae, aut serratae, aut pectinatae.
Corpus dorso impositum exsiliens, mucrone pectoris e foramine abdominis resiliente.

CICINDELA, Laufkäfer.

Antennae setaceae.
Maxillae prominentes, denticulatae.
Oculi prominuli.
Thorax rotundato marginatus.

BUPRESTIS, Stinkkäfer.

Antennae setaceae, longitudine thoracis.
Thorax subtus nudus.

Caput

Caput craſſum, dimidium intra thoracem retractum.

DYTISCUS, Waſſerkäfer.

Antennae ſetaceae, aut clavato perfoliatae.
Pedes poſtici villoſi, natatorii.

CARABUS, Erdkäfer.

Antennae ſetaceae.
Thorax obcordatus, apice truncatus, marginatus.
Elytra marginata.

TENEBRIO, Mehlkäfer.

Antennae moniliformes.
Caput porrectum.
Thorax marginatus, plano convexus.

MELOE, Blaſenzieher.

Antennae moniliformes.
Thorax ſubrotundus.
Elytra mollia, flexilia, longitudine fere corporis, alas tegentia.
Caput inflexum.

PROSCARABAEUS, Maywurmkäfer.

Antennae moniliformes.
Thorax ſubquadratus.
Elytra abdomine breviora, lateribus deflexa, apice rotundata, divergentia, alas nullas tegentia.
Abdomen craſſum, longum, unctuoſum.
Caput inflexum.

MORDELLA, Flohkäfer.

Antennae filiformes, ferratae.
Caput (in territa) deflexum, ſub collo.
Elytra, apicem verſus deorſum curva.
Ante *Femora* lamina lata ad baſin abdominis.

STAPHILINUS, Raubkäfer.

Antennae moniliformes.
Elytra dimidiata, alas contegentia.
Abdomen apice exſerens veſiculas duas oblongas.

FORFICULA, Ohrkäfer.

Antennae ſetaceae.
Elytra dimidiata, alas contegentia.
Abdomen apice forcipato.

BLATTA, Torracan.

Antennae ſetaceae.
Elytra alaeque planae ſubcoriaceae.
Thorax planiuſculus, orbiculatus, marginatus.
Pedes curſorii.
Abdomen apice veſiculis duabus exſertis.

MANTIS, Geſpenſtkäfer.

Antennae ſetaceae.
Alae quatuor membranaceae, elytro nullo tectae, convolutae, aut deflexae.
Pedes antici compreſſi, ſubtus ſerrato-denticulati, armati ungue ſolitario, & digito ſetaceo laterali articulato.
Thorax linearis, elongatus, anguſtatus.

GRYL-

GRYLLUS, Heuſchrecke.

Caput inflexum.
Antennae ſetaceae aut filiformes.
Alae quatuor, deflexae, convolutae, inferiores plicatae; elytra nulla.
Pedes poſtici ſaltatorii.

ORDO II.

HEMIPTERA.

Alae duae hemelytris, ſeu elytris ſemicoriaceis, aut dimidiatis ex parte coriacea & membranacea, tectae; aut quatuor & nudae.
Os roſtrum ſuctorium, absque maxillis.

CICADA, Cicade.

Roſtrum inflexum.
Antennae ſetaceae.
Alae quatuor, membranaceae, deflexae, aut convolutae.
Pedes ſaltatorii aut ſimplices.

NOTONECTA, Rückenſchwimmer.

Roſtrum inflexum.
Antennae thorace breviores.
Alae quatuor complicatae, anticae membranaceae.
Pedes poſtici piloſi natatorii.

NEPA, Waſſerſcorpion.

Roſtrum inflexum.
Antennae nullae.

Alae

Alae quatuor complicatae, anticae coriaceae.
Pedes antici cheliformes; reliqui ambulatorii.

CIMEX, Wanze.

Roſtrum inflexum.
Antennae thorace longiores.
Alae quatuor complicatae: ſuperiores antice coriaceae.
Pedes curſorii.

APHIS, Blattlaus.

Roſtrum inflexum.
Antennae thorace longiores.
Alae quatuor, erectae; aut nullae.
Pedes ambulatorii.
Abdomen poſtice bicorne.

CHERMES, Blattſauger.

Roſtrum pectorale.
Antennae thorace longiores.
Alae quatuor deflexae.
Pedes ſaltatorii.

COCCUS, Gallinſect.

Roſtrum pectorale.
Abdomen poſtice ſetoſum.
Alae duae erectae maſculis; feminae apterae, patelliformes.

THRIPS, Blaſenfuß.

Roſtrum? an *os* maxillofum?
Antennae breves, moniliformes.
Corpus lineare.

Alae

Alae quatuor dorso incumbentes, angustae.
Pedum plantae apice vesiculosae.

ORDO IV.*
NEUROPTERA.

Alae quatuor nudae, venis reticulatae.
Os maxillosum.

LIBELLULA, Nymphe.

Antennae thorace breviores.
Os maxillosum; maxillis pluribus.
Alae extensae, aut erectae, subaequales.

EPHEMERA, Haft.

Os edentulum, absque palpis.
Stemmata duo magna supra oculos.
Alae erectae, posticis minimis.
Abdomen setis duabus aut pluribus terminatum.

PHRYGANEA, Frühlingsfliege.

Os edentulum: palpis quatuor.
Stemmata tria parva.
Antennae thorace longiores.
Alae incumbentes, aut deflexae, aut convolutae, inferioribus plicatis.

HEMEROBIUS, Stinkfliege.

Os dentibus duobus, palpis quatuor.
Stemmata nulla.
Alae deflexae, nec plicatae.
Antennae longae, setaceae, porrectae.

MYR-

* Omisso nempe Lepidopterorum ordine.

MYRMELEON, Baſtardjungfer.

Os maxillosum, dentibus duobus, palpis quatuor.
Stemmata nulla.
Antennae clavatae.
Alae deflexae.

PANORPA, Scorpionfliege.

Os elongatum in roſtrum corneum, cylindricum, apice palpigerum.
Stemmata tria.

RAPHIDIA, Kammeelhals

Os dentibus duobus, palpis quatuor.
Caput depreſſum corneum.
Thorax cylindricus, antice elongatus.
Alae deflexae.

ORDO V.

HYMENOPTERA.

Alae quatuor, membranaceae.
Os maxillis transverſis.
Aculeus caudae, ſed nullus in maribus.

CYNIPS, Schlupfweſpe.

Os maxillis absque proboſcide.
Aculeus ſpiralis, ſaepius reconditus.

TENTHREDO, Blattweſpe.

Os maxillis, absque proboſcide.
Alae planae, tumidae.

Acu-

Aculeus laminis duabus ferratis vix prominentibus.
Scutellum granis duobus impositis distantibus.

SIREX, Holzwespe.

Os maxillis duabus validis; palpis duobus truncatis.
Antennae filiformes, articulis numerosis (ultra 24).
Aculeus exsertus, rigens, in vagina abdominis media subtus adfixa, reconditus.
Abdomen sessile, apice mucronatum.

ICHNEUMON, Raupentödter.

Os maxillis absque proboscide.
Antennae setaceae, aut filiformes, articulis plurimis.
Aculeus exsertus, vagina abdominis apici subtus adfixa, bivalvi, inclusus.

SPHEX, Bastardwespe.

Os maxillis absque lingua, aut proboscide.
Antennae articulis decem; filiformes.
Alae incumbentes; non plicatae.
Aculeus punctorius, reconditus.

CHRYSIS, Leimenwespe.

Os maxillis absque proboscide.
Antennae filiformes.
Anus dentatus, aculeo subexserto.
Corpus auratum.

VESPA, Zellenwespe.

Os maxillis absque proboscide.
Alae superiores plicatae.

Aculeus punctorius reconditus.
Oculi lunares.
Corpus glabrum.

APIS, Biene.

Os maxillis, atque proboscide inflexa, vaginis duabus bivalvibus.
Alae planae.
Aculeus punctorius reconditus.

FORMICA, Ameise.

Squammula erecta, thoraci abdominique interjecta.
Os maxillis absque proboscide.
Aculeus feminis & neutris reconditus.
Alae maribus ac feminis.

MUTILLA, Mutille.

Alae nullae in plerisque
Corpus pubescens; thorax postice retusus.
Aculeus reconditus, punctorius.

ORDO VI.

DIPTERA.

Alae duae, nudae.

Halteres sub alis clavati, solitarii ad singulam alam, plerumque squammula propria tecti.

OESTRUS, Enger.
Os absque proboscide, aut rostro exserto; punctis tribus solummodo pertusum.

TIPU-

TIPULA, Mücke.

Os proboſcide breviſſima; palpis duobus incurvis, capite longioribus.

MUSCA, Fliege.

Os proboſcide carnoſa, retractili; labiis duobus lateralibus.

Palpi nulli.

TABANUS, Viehbreme.

Os proboſcide carnoſa, terminata labiis duobus.

Roſtrum palpis duobus, ſubulatis, proboſcidi lateralibus, parallelis.

CULEX, Schnacke.

Os aculeis ſetaceis intra vaginam flexilem.

EMPIS, Hüpfer.

Os roſtro corneo, inflexo, bivalvi, thorace longiore; valvulis horizontalibus.

CONOPS, Stechfliege.

Os roſtro corneo, porrecto, geniculato.

ASILUS, Raubfliege.

Os roſtro corneo, porrecto, recto, bivalvi.

BOMBYLIUS, Schweber.

Os roſtro porrecto, ſetaceo, longiſſimo, bivalvi: valvulis horizontalibus, aculeos ſetaceos includentibus.

HIPPOBOSCA, Lausfliege.

Os roſtro bivalvi cylindrico, obtuſo, nutante.

Pedes unguibus pluribus.

ORDO VII.

APTERA.

Alae nullae.

Lepisma, Zuckergaſt.

Pedes ſex curſorii.
Abdomen apice ſetoſum, ſetis extenſis.
Corpus ſquammis imbricatum.

Podura, Springſchwanz.

Pedes ſex curſorii.
Oculi duo, compoſiti ex octonis.
Cauda bifurca, ſaltatrix, inflexa, abdomini ſubtus adpreſſa.

Termes, Todtenuhr.

Pedes ſex curſorii.
Oculi duo.
Os maxillis duabus.

Pediculus, Laus.

Pedes ſex ambulatorii.
Os aculeo ſuctorio exſerendo.
Oculi duo.

Pulex, Floh.

Pedes ſex ſaltatorii.
Oculi duo.
Os roſtro inflexo, aculeum recondente

ACARUS, Milbe.

Pedes octo.
Oculi duo (saepe non conspicui) in trunco corporis siti.
Caput, *thorax*, *abdomen* nullis incisuris separata.

PHALANGIUM, Krebsspinne.

Pedes octo.
Oculi duo verticis, duo laterales.
Frons antennis pediformibus.
Caput thoraci adnatum, *thorax* ab abdomine incisura sejunctus.

ARANEA, Spinne.

Pedes octo.
Oculi octo in fronte siti.
Os unguibus duobus.
Palpi duo articulati.
Caput thoraci adnatum; *thorax* ab abdomine incisura sejunctus.
Anus papillis textoriis.

SCORPIO, Scorpion.

Pedes octo; & Chelae duae frontales.
Oculi octo.
Palpi duo cheliformes.
Cauda elongata, articulata, terminata mucrone arcuato.
Pectines duo subtus, inter pectus & abdomen.

CANCER, Krebs.

Pedes octo non pauciores; & manus duae chelatae.

Oculi

Oculi duo.
Palpi duo cheliferi.
Cauda articulata inermis.

MONOCULUS, Schildfloh.

Pedes natatorii.
Corpus crusta tectum.
Oculi approximati, testae innati.

ONISCUS, Assel.

Pedes quatuordecim.
Corpus ovale.

SCOLOPENDRA, Vielfuß.

Pedes tot, quot fere corporis segmenta.
Palpi duo articulati.
Antennae setaceae.

JULUS, Tausendfuß.

Pedes duplo fere plures, quam corporis segmenta.
Palpi duo articulati.

ORDO I.

COLEOPTERA.

SCARABAEUS. Scharrkäfer.

* *Thorace cornuto.*

1. LUNARIS, zirkelköpfigter Scharrkäfer.

Scarabaeus thorace utrinque cornuto; capitis cornu incurvo, erecto.

Scarabaeus lunaris. *Lin. S. N. gen.* 189. *sp.* 10. *Lin. faun. suec. n.* 379. *Scop. carn. n.* 22.

Scarabaeus bifidus. *Pod. gr. p.* 18. *sp.* 3. authoritate Cl. Scopoli.

Nasehornkäfer der mittlern Art. *Frisch. Inst. Deut. tom.* 4. *p.* 15.

Das fliegende schwarze Nasehorn. Schäf. Abhand. von Ins. *tom.* 1. *p* 134.

Der Zirkelkopf. *Müller, Lin. Naturs. V. Cl.* 1. *Th. p.* 56.

Le Boufier Capucin. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 89.

Menſurae. Longit. a cap. ad. an. 10 lin.
elytri - 6 —
cornu capitis $2\frac{2}{5}$ —
cornu thoracis $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti - - 5 —

Deſcr. Niger, nitidus. Caput tectum clypeo antice emarginato, ſuperne in medio cornu erecto lunulato armato; bifidum hoc cornu vidit Cl. Poda; at in meo ſpecimine integrum eſt, etiam ad lentem auctricem. Thorax in medio gibbo bifido; utrinque ad latus pone baſin cornu breviori, triangulari, erecto. Etiam hujus non meminit laudatus Vir celeberrimus, unde dubito vehementer de ſynonymo, niſi ei amiciſſimus Scopoli poſuiſſet. Scutellum nullum. Elytra ſulcata, ſulcis in ſingulo octo. Pedum anticorum tibiae dentibus tribus, intermediorum nullis, poſticorum uno. Os, collum, pedumque baſes tomento ſulvo teguntur.

Habitat in Stercore.

Lectus Viennae.

** *Thorace inermi, capite cornuto.*

2. NASICORNIS, Naſehornkäfer.

Scarabaeus *naſicornis* thorace tuberculo triplici; capitis cornu recurvo. *Pod. graec. p.* 17. *ſp.* 1.

Scarabaeus naſicornis. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 15.
Lin. faun. ſuec. n. 378.
Scop. carn. n. 14.

Der Naſehornkäfer. *Friſch. Inſ. Deut. part.* 3. §. 3.

Der europäiſche Nashornkäfer. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. part.* 1. *p.* 58.

Le moine. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 68.

Mne-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 15 lin.
elytri - $9\frac{1}{2}$ —
cornu capitis $3\frac{1}{3}$ — chorda ſubtendens.
Latitudo inſecti 8 lin.

Obſerv. Feminae cornu deeſt, ſed ejus loco gibbus cum denticulo in apice; deſunt quoque thoracis-tubercula; adeſt eorum loco ruga elevata transverſa. Tibiae anticae in utroque ſexu denticulis-tribus inſtructae. Femina nonnihil minor.

Habitat in Stercoratis, ad vaporaria hortulanorum, in ligno putrido.

Lectus Viennae, Lincii, Tyrnaviae; Viennae in horto botanico copioſus.

3. NUCHICORNIS, Nackenhornkäfer.

Scarabaeus thorace inermi, occipite ſpina erecta armato.

Scarabaeus nuchicornis. *Lin. S. N. gen.* 189 *ſp.* 24.
Lin. faun. ſuec. n. 381.
Pod. mus. graec. p 18. *ſp.* 2.
Das fliegende Einhorn. Schäf. Abh. von Inſ. *Tom.* 1. *p.* 146.
Das Nackenhorn. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. p.* 65.
Le petit bouſier noir cornu. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 89. *ſp.* 3.

Menſurae. Longit. a cap. ad anum $3\frac{3}{4}$ lin.
elytri - 2 —
Latitudo inſecti $2\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Thorax & caput ſemper nigroaenea, punctis impreſſis copioſis ad lentem conſperſa; elytra ſemper ſtriata, ſtriis ſeptem, ad abdominis apicem

non pertingentia, sed colore vario. Pedes antici quadridentati.

Habitat in Stercore bovino, humanoque.

Lectus in Pratter Viennae, in Mauer ad Viennam, Lincii.

4. FIMETARIUS, Miſtkäfer.

Scarabaeus ſcutellatus; thorace inermi, capite tuberculato; elytris rubris, griſeiſve; corpore atro.

Scarabaeus ſimetarius. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 32.
Lin. faun. ſuec. n. 385.
Pod. mus. graec. p. 18. *n.* 4.
Scop. carn. n. 20.

Miſtkäfer. *Friſch. Inſ. Deut. part.* 4. *§.* 19.
Müller Lin. Naturſ. Cl. V. p. 67.

Das ſtumpfe Dreyhorn. Schäf. Abh. von Inſ. *tom.* 1. *p.* 147. *tab.* 3. *f.* 19.

Le Scarabé bedeau. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 81. *ſp.* 18.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
elytri - $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti 2 —

Deſcr. Niger. Sexus alter nulla habet tubercula. Rubra ſunt elytra, margo thoracis ad baſin; antennae rufae. Pedum omnium tibiae tridentatae.

Habitat in Stercoratis paſſim.

5. CONSPURCATUS, Kothkäfer.

Scarabaeus *conſpurcatus*, ſcutellatus; thorace inermi; marginibus lateralibus albidis; capite tuberculato, elytris lividis nigro

nigro maculatis. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 34.
Lin. faun. ſuec. n. 387.
Der Dreckkäfer. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. p.* 68.

Menſurae. Long. a cap. ad anum	$2\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$1\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Niger, ſed pedes, margo thoracis ejusque baſis, ac elytra livida. Pedum tantum anticorum tibiae tridentatae.

Habitat paſſim in Stercoratis, primo vere in agris volitat copioſus.
Ab authoribus cum priori paſſim confuſus.

*** *Mutico thorace, capiteque inermi.*

6. Copris, unflätiger Scharrkäfer.

Scarabaeus muticus, exſcutellatus, niger, elytris ferrugineis, margine omni nigro.

Menſurae. Long. a cap. ad anum	$1\frac{3}{4}$ lin.
elytri	1 —
Latitudo totius	1 —

Deſcr. Caput clypeatum, nigrum; palpi nigri: Thorax nitide ater, baſi rufa, margine flaveſcenti. Elytra ferruginea, ſutura margineque nigris. Abdomen pedesque nigra. Tibiae anticae tridentatae.

Habitat in Stercore bovino.

Lectus Viennae, verno tempore.

Obſ. Forte Scarabaeus *erraticus* Linnaei.

7. Subterraneus, erdwühlender Scharrkäfer.

Scarabaeus nitidus, niger; thorace inermi; capite unituberculato.

Scarabaeus Subterraneus. *Lin. S. N. gen.* 189. *sp.* 28.

Lin. faun. su. n. 382.

Der Erdwühler. *Müll. Lin Naturf. Cl. V. p.* 66.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{3}$ lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Niger, nitidus. Caput obtuſe emarginatum, in fronte tuberculo unico notatum; clava antennarum trifida. Pedum anticorum tibiae tridentatae. Elytra ad lentem punctato ſtriata, ſingula ſtriis decem.

Habitat paſſim at rarior in terra; ad ſimeta, & in hortis ſtercoratis volitat primo vere frequens.

8. Haemorrhoidalis, rothafteriger Scharrkäfer.

Scarabaeus niger nitidus, elytris apice rufis.

Scarabaeus haemorrhoidalis. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 33.

Lin. faun. ſu. n. 386.

Der Rothärſch. *Müll. Lin. Naturf. Cl. V. part.* 1. *p.* 68.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
elytri $\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti $\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Nigerrimus, nitens. Ad lentem elytra ſtriata. Rufei ſunt pedes & apices elytrorum. Tuberculum capitis in meo ſpecimine abeſt. Tibiae anticae videntur multidentatae, ſed denticulis exiliſſimis.

9. Fullo, Juliuskäfer.

Scarabaeus *Fullo*, Scutellatus, muticus, antennis heptaphyllis; corpore nigro, pilis

pilis albis, scutello macula duplici alba.
Lin. S. N. gen. 189. *sp.* 57.
Lin. faun. suec. n. 349.
Scarabaeus Fullo. *Scop. carn. n.* 12.
Der weißsprengliche große Juliuskäfer. *Frisch. Deut. part.* 11. §. 22.
Der Juliuskäfer. *Müll. Lin. Naturf. Cl. V. p.* 77.
Le fulon. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 69.

Mensurae. Long. a cap. ad anum 15 lin.
elytri 10 —
Latitudo insecti $6\frac{1}{2}$ —

Mensurae feminae sunt. Marem vidi tantum.

Lectus Lincii.

10. EREMITA, Eremitkäfer.

Scarabaeus *Eremita*, Scutellatus muticus aeneo-ater; thorace inaequali, scutello sulco longitudinali. *Lin. S. N. gen.* 189. *sp.* 74.
Scarabaeus Eremita. *Scop. carn. n.* 15.
Der Eremit. *Müll. Lin. Naturf. Cl. V. p.* 87.

Mensurae. Longit. a capite ad an. 15 lin.
capitis $2\frac{2}{3}$ —
thoracis $3\frac{2}{3}$ —
elytri $8\frac{1}{3}$ —
Latitudo capitis 2 —
thoracis $4\frac{1}{2}$ —
abdominis 7 —
femoris postici $1\frac{1}{2}$ —

Lectus Lincii. Insectum de rarioribus unum.

11. MELOLONTHA, Maykäfer.

Scarabaeus *Melolontha*, Scutellatus, muticus teſtaceus; thorace villoſo, cauda inflexa, inciſuris abdominis albis. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 60.
Lin. faun. ſuec. n. 392.
Pod. graec. p. 19.
Scarabaeus Melolontha. *Scop. carn. n.* 16.
Le Hanneton. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 70.

Obſ. 1. Linnaeus & Geoffroy Friſchium perperam ad hoc inſectum citant. Nec figura adeo mala, uti ſibi perſuadet poſterior, ſed utique non hujus inſecti data.

Obſ. 2. Folia arborum devaſtat, ſaepe copioſiſſimus. 1767. Tyrnaviae tipula regelationis frequentior, ab anatibus conſumtus, quibus tamen ingratum quendam ſaporem conciliavit.

12. SOLSTITIALIS, Brachkäfer.

Scarabaeus ſolſtitialis, ſcutellatus, muticus teſtaceus, thorace villoſo, elytris luteo pallidis: lineis tribus albis parallelis. *Lin. S. N. gen* 189. *p.* 61.
Lin. faun. ſuec. n. 393.
Pod. graec p. 21.
Scarabaeus ſolſtitialis. *Scop. carn. n.* 3.
Brach- oder Juniuskäfer. *Friſch. Inſ. Deut. part. IX.* §. 15.
Juniuskäfer. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. p.* 83.
Le petit hanneton d'automne. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 74.

Menſurae.		
Long. a cap. ad an.	$7\frac{1}{4}$	lin.
elytri	$4\frac{3}{4}$	—
Latitudo inſecti	$3\frac{3}{5}$	—

Deſcr.

Descr. Simillimus Melolonthae. Pedum anticorum tibiae tridentatae; sed dentibus duobus obsoletis, hinc clarissimo Scopoli unidentatae audiunt.

Lectus in Mauer ad Viennam, Autumno.

13. FARINOSUS, staubigter Scharrkäfer.

Scarabaeus *farinosus*, scutellatus muticus, polline virescente, elytris abbreviatis. *Lin. S. N. gen.* 189. *sp.* 64.
Lin. faun. suec. n. 399.
Scarabaeus argenteus. *Pod. graec. p.* 20.
Scop. carn. n. 9.
Der Staubkäfer. *Müll. Lin. Naturs. Cl. V. p.* 84.
L'écailleux violet. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 79.

Mensurae. Longit. a capit. ad an. $4\frac{1}{4}$ lin.
elytri $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo insecti $2\frac{1}{2}$ —

Descr. Scopolina optima; adde tibias testaceas.

Lectus in Hammerberg ad Cellas Marianas Julio ineunte.

14. AURATUS, Goldkäfer.

Scarabaeus scutellatus, muticus, auratus, ani regione bituberculata.
Scarabaeus auratus. *Lin. S. N. gen.* 189. *sp.* 78
Lin. faun. suec. n. 400.
Scop. carn. n. 17.
Goldkäfer. *Frisch. Inf. Deut. part. XII. p.* 25. §. 19.
Müll. Lin. Naturs. Cl. V. p. 88.
L'Emeraudine. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 73.

Menſurae. Long. a capit. ad an. 8 lin.
elytri $4\frac{1}{2}$ —
abdom. poſt elytra 2 —
Latitudo inſecti 4 —

Habitat paſſim. Larvae in acervis formicarum ſaepe ocurrunt.

15. NOBILIS, edler Scharrkäfer.

Scarabaeus ſcutellatus, muticus, auratus, ani regione punctis duobus albis remotis.
Scarabaeus nobilis. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 81.
Lin. faun. ſuec. n. 401.
Scop. carn. n. 18.
Der Edelmann. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 90.
Le verdet. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 73.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $8\frac{1}{2}$ lin.
elytri $5\frac{3}{4}$ —
Latitudo inſecti 5 —

Obſ. Praecipua hujus a praecedenti differentia in eo ſita eſt, quod hujus anus nulla aſperitate rigeat, illius duos exſerat gibbos.
Habitat paſſim in floribus.

16. FASCIATUS, bandirter Scharrkäfer.

Scarabaeus *faſciatus*, ſcutellatus muticus, niger, tomentoſo flavus, elytris faſciis duabus luteis coadunatis. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 70.
Lin. faun. ſuec. n. 395.
Pod. graec. p. 20.
Scarabaeus faſciatus. *Scop. carn. n.* 5.
Der bandirte Blumenkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 86.
La livrée d'Ancre. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 80.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	6 lin.
elytri	$2\frac{3}{4}$ —
Latitudo inſecti	3 —

Habitat in floribus, praeſertim Syringae, Filipendulae, Umbellatarum. In Hungaria, Auſtriaque paſſim obvius.

17. AGRICOLA, Feldſchartkäfer.

Scarabaeus *Agricola*, ſcutellatus muticus, thorace villoſo, elytris lividis: limbo faſciaque arcuata nigris. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 58.
Scarabaeus Agricola. *Pod. graec. pag.* 21.
Scarabaeus cyathiger. *Scop. carn. n.* 6.
L'Arlequin velu. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 81.

Menſurae. Long. a cap. ad an.	6 lin.
elytri	$3\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	$2\frac{2}{5}$ —

Deſcr. Pedes bidentati, nigri, uti totum corpus; abdomen & femora valde tomentoſa caneſcunt; thorax & caput minus. Elytra ferruginea margine omni nigro: in medio figura nigra calyciformi utrisque communi. Elytra ad anum non pertingunt. Mas.

VARIETAS, an femina prioris?

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$6\frac{3}{4}$ lin.
elytri	$4\frac{1}{3}$ —
Latitudo inſecti	$3\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Supra totus glaber, niger. Infra cinereotomentoſus. Elytra ad apicem abdominis non pertingentia, tota caſtanea; ad baſin macula quadrata communi nigra.

Habitat

Habitat in Spicis Cerealium.
Lectum utrumque ſpecimen primo in agro ad Lincium 29. Maji.

18. HORTICOLA, Weinblattkäfer.

Scarabaeus *Horticola*, ſcutellatus, muticus, capite thoraceque coeruleo ſubpiloſo; elytris griſeis, pedibus nigris. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 59.
Lin. faun. ſuec. n. 391.
Scarabaeus adiaphorus. *Scop. carn. n.* 10.
Pod. graec. p. 20.
Weinblatt- oder Juliuskäfer. *Friſch. Deut. part. IV. p.* 28. §. 14.
Johanniskäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. Part.* 1. *p.* 80.
Le petit hanneton à corcelet vert. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 75.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
elytri $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti 2 —

Obſ. Tibiae anticae bidentatae, non unidentatae, uti poſuit Cl. Scopoli.

Habitat in floribus Pomonae paſſim circa ſolſtitium aeſtivum, & inde usque in autumnum.

19. HIRTELLUS, bürſtigter Scharrkäfer.

Scarabaeus *hirtellus* ſcutellatus, muticus, hirtus, teſtaceonigricans, elytris pallido maculatis. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 69.
Scarabaeus hirtus. *Scop. carn. n.* 8.
Poda gr. p. 21.
Bürſtenkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 85.

Bürſten-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	4	lin.
elytri	$3\frac{1}{2}$	—
Latituto inſecti	3	—

Habitat in floribus Syngeneſiis, & Pomonae.

Lectus Viennae, Tyrnaviae, alibi.

20. FUNESTUS, Trauerſcharrkäfer.

Scarabaeus muticus niger; thorace punctorum alborum paribus tribus.

Scarabaeus funeſtus. *Pod. graec. p.* 20.
Scop. carn. n. 7.

Le drap mortuaire. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 79.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	5	lin.
elytri	3	—
Latitudo inſecti	$2\frac{1}{2}$	—

Deſcr. Niger; pedum anticorum tibiae bidentatae. Thorax tribus punctorum alborum paribus notatur. Abdominis medium & utrumque latus ad elytra lineam habet ex punctis albis conſtantem; elytra confertim punctis albis conſita, uti & abdomen ſupra, ubi elytra, quae ad ejus finem non pertingunt, deſinunt.

Habitat cum Scarabaeo *aurato* in floribus arborum, & plantarum.

Lectus Viennae.

21. BRUNEUS, zweymalpunktirter Scharrkäfer.

Scarabaeus *bruneus*, ſcutellatus muticus teſtaceus, elytris ſtriatis, thorace utrinque puncto notato. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 72.
Lin. fn. ſuec. n. 396.
Der Europäer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 86.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
elytri $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{3}{4}$ —

Deſc. Ferrugineus totus, oculis ſolis nigris. In thorace utrinque foſſula nigricans rotunda. Pedum anticorum tibiae quadridentatae. Valde convexus.

Lectus Viennae.

22. HEMIPTERUS, halbgedeckter Schaarkäfer.

Scarabaeus *hemipterus*, ſcutellatus muticus, thorace tomentoſo rugis duabus longitudinalibus marginato; elytris abbreviatis; femina aculeo ani. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 63.

Scarabaeus variegatus. *Scop. carn. n.* 28.

Halbdecker. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 85.

Le ſcarabé à tarriere. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 78.

Menſurae. Variat nonnihil magnitudine; exemplaria, quae menſuravi, erant hujusmodi.

Longit. a cap. ad an. 3 lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —
aculei 1 —
abdominis $1\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{3}{4}$ —

Deſcr. Pedum primi paris tibiae quinquedentatae, dentibus aequalibus. Clypeus antrorſum anguſtior, rugis duabus elevatis longitudinalibus. Elytra abdomine breviora. Abdomen poſt elytra oblique truncatum. Color nigerrimus, ſubtus cinereus, abdominis ſectio cana, maculis duabus nigris quadratis. Thorax elytraque maculis canis aſperſa. Sexus alter aculeo inſtructus.

Habitat

Habitat in variis Plantis. *Lincii* visus copiosus in alnetis; per aestatem.

Lectus Viennae 26. April 1775; & alias in Brigittenau, Pratter, alibi. Visus etiam copiosus in floribus Euphorbiae Cyparissiae.

23. STERCORARIUS, stinkender Scharrkäfer.

Scarabaeus *stercorarius*, scutellatus muticus ater glaber, elytris sulcatis, capite rhombeo, vertice prominulo. *Lin. S. N. gen.* 189. *sp.* 42.
Lin. faun. suec. n. 388.
Pod. graec. p. 18.

Scarabaeus stercorarius. *Scop. carn. n.* 26.

Mistkäfer. *Frisch. Deut. part. IV. p.* 13.

Stinkkäfer. *Müll. Linnäisch. Naturf. Cl. V. p.* 71.

Le grand pilulaire. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 76.

Mens. Longit. a cap. ad an.	9	— $9\frac{2}{3}$	— $6\frac{1}{3}$ lin.
elytri	$5\frac{2}{3}$	— $5\frac{3}{4}$	— $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti	5	— $5\frac{1}{2}$	— 4 —

Obs. 1. Ex mensuris patet, speciem hanc magnitudine vehementer variare.

Obs. 2. Varietas datur, cujus femora posteriora dentem exsertum habent.

Obs. 3. Variat item colore nigro & coeruleo.

Obs. 4. Saepe ita phthiriasi ex Acaro *coleoptratorum* affligitur, ut procedere nequeat.

24. VERNALIS, Frühlingskäfer.

Scarabaeus *vernalis*, scutellatus, muticus, elytris glabris, laevissimis, capitis clypeo

peo rhombeo, vertice prominulo. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 43.
Lin. faun. ſuec. n. 383.
Pod. graec. p. 19.
Frühkäfer. *Müll. Lin Nat. Cl. V. p.* 72.
Le petit pilulaire. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 77.

Menſurae. Longit. a cap. ad. an. 7 lin.
elytri $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo totius 4 —

Obſ. 1. Inſectum a Cl. Scopoli num. 27. deſcriptum Scarabaeus *vernalis* plane eſt; varietate minima a Linneano diverſus.

Obſ. 2. Differt haec ſpecies a praecedenti praecipue defectu foveolarum duarum thoraci impreſſarum. Moſchum olet.

Habitat paſſim in agris.

25. Chrysomeloides, goldhänchenartiger Scharrkäfer.

Scarabaeus muticus, fuſcus, elytris ſtriatis pubeſcentibus, tomento tenuiſſimo.

Menſurae. Long. elytri 3 lin.
Latitudo elytri $2\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Scutellatus; tibiis anticis bidentatis. Habitus prorſus chryſomelae, ni pedes & antennae vetarent.

Lectus Viennae 1769.

26. Sabulosus, ſandwühlender Scharrkäfer.

Scarabaeus *ſabuloſus*, ſcutellatus muticus niger opacus, tuberculis rugoſis antennis baſi piloſis. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 48.
Lin. faun. ſuec. n. 390.
Scarabaeus rugoſus. *Poda mus. graec. p.* 20.
Scop. carn. n. 23.

Sand-

Sandkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 74.
Le Scarabé perlé. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 78.

Menſurae. Long. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
elytri $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{2}{3}$ —

Obſ. Caput intra thoracem totum retrahit, ac ſi nullum haberet; fere uti Bupreſtes Cl. Scopoli.

27. Oblongus, länglichter Schaarkäfer.

Scarabaeus oblongus muticus, elytro ſtriis novem impunctatis.

Scarabaeus oblongus. *Scop. carn. n.* 19.

Deſc. Elytra nitenti nigra, non fuſco caſtanea, ut in exemplari Scopolino; coetera omnia conveniunt. Antennarum capitulum tridigitatum; annuli capitulo proximiores ſurſum lamellati.

Lectus Viennae 1. Apr. 1775 in platea.

28. Fenestralis, kleinſter Scharrkäfer.

Scarabaeus muticus niger; elytris lanceolato inflexis ſtriatis, antennis trifidis.

Scarabaeus *plagiatus* Linnaei?

Menſurae. Longit. elytri $\frac{2}{3}$ lin.
Latitudo elytri $\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Niger totus, non nitens, ſola thoracis baſi rufeſcente. Caput & thorax glabra, ſed elytra lanceolata ſtriata aut potius ſulcata, lineis hinc elevatis octo in ſingulo elytro. Pedum anticorum tibiae tridentatae. Antennarum capitulum trifidum.

Lectus Lincii in feneſtra.

29. QUISQUILIUS, Kehrigſcharrkäfer.

Scarabaeus *quisquilius*, ſcutellatus ater glaber, elytris livido teſtaceis. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 83.
Lin. faun. n. 397.
Kehrigkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 90.

Habitat in ſordibus domorum.

30. RUFIPES, rothfüßiger Scharrkäfer.

Scarabaeus *rufipes*, muticus ater, antennis pallidis, elytris laevibus. *Lin. S. N. gen.* 189. *ſp.* 86.
Lin. faun. ſuec. n. 403.
Rothfuß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 91.

Menſurae.	*Exemplaris unius*	— *alterius.*
Longit. a cap. ad an.	$1\frac{1}{2}$	— 2 lin.
elytri	$\frac{3}{4}$	— $1\frac{1}{3}$ —
Latitudo inſecti	$\frac{1}{3}$	— $\frac{2}{3}$ —

Lectus Lincii.

31. ALPINUS, Alpenſcharrkäfer.

Scarabaeus muticus, capitulo antennarum bipartito.
Scarabaeus alpinus. *Scop. carn. n.* 21.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$1\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$\frac{3}{4}$ —
Latitudo inſecti	$\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Exſcutellatus; elytra fuſconigra, uti Lucani *Cervi*, apice in magis rubentem colorem deſinunt; longitudinaliter decem lineis exarantur. Coetera ater. Tibiae anticae tridentatae.

Habitat in ſtercore vaccino.

Lectus ad Viennam, verno tempore.

LUCA-

LUCANUS, Schrötter.

32. CERVUS, Feuerschrötter.

Lucanus *Cervus* scutellatus; maxillis exsertis, apice bifurcatis, latere unidentatis. *Lin. S. N. gen.* 190. *sp.* 1.

Scarabaeus Cervus. *Lin. faun. suec. n.* 405. *Pod. graec. p.* 21.

Lucanus Cervus. *Scop. carn. n.* 1.

Hirschschrötter. *Müll. Nat. Cl. V. p.* 94.

Le grand Cerf volant. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 94.

La grande biche. *id. ibid. p.* 62. femina.

Kirnskäfer, Hörndler, Kirner. *Austriacis.*

33. PARALLELEPIPEDUS, Balkenschrötter.

Lucanus *Parallelepipedus*, scutellatus, depressus, niger, maxillis dente elevato. *Lin. S. N. gen.* 190. *sp.* 6.

Balkenschrötter. *Müll. Nat. Cl. V. p.* 98.

La petite biche. *Geoffr. paris.* 1. *p.* 62.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $9\frac{1}{2}$ lin.
cornu $1\frac{2}{3}$ —
thoracis in medio $2\frac{1}{2}$ —
elytri $5\frac{1}{2}$ —
Latitudo thoracis $4\frac{1}{2}$ —
capitis $3\frac{1}{2}$ —
abdominis 4 —

Descr. Totus ater. Cornua lunata, in medio dente elevato, qua nota maxime a Lucano *Cervo* femina discrepat. Thorax cum capite fere parallelepipedum constituit, unde nomen. Tibiae anticorum pedum sex habent denticulos, & supra hos, si bene considerentur, tres alios. Antennae infractae

ſunt, ut in toto genere. Secundi tertiique paris tibiae denticulum unum habent, fere in medio.

Feminam hanc eſſe ſequentis fide Cl. Geoffroy ponimus.

Lectus 12. Junii in Pratter.

Lucanus *parallelepipedus.* ß

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $7\frac{1}{2}$ lin.
cornu ſeu maxillae $\frac{2}{3}$ —
thoracis in medio 2 —
elytri 4 —
Latit. thoracis $2\frac{1}{2}$ —
capitis $1\frac{3}{4}$ —
abdominis $2\frac{1}{2}$ —

Deſc. Totus ater. Cornua lunata, denticulo uno exſerto, non elevato, obtuſo. Si caput probe inſpiciatur, puncta prope apicem habet duo, elevata nitentia. Thorax fere quadrangulus. Tibiae anticae denticulos quinque, & ſupra hos, tres alios minores: ſecundi paris, duos: tertii, unum habent. Antennae infractae. Si lentis ope inſpiciatur, multo copioſioribus punctis impreſſis, quam prior, conſperſus adparet. Tanta differentia ſexus? Affirmat Geoffroy.

Lectus cum priore, non tamen in eadem arbore.

DERMESTES, Kleinkäfer.

34. Formicaroides, rothleibiger Kleinkäfer.

Dermeſtes niger; elytris faſcia alba, baſi rubris, abdomine rubro.

Attellabus formicaroides. Beyträge zur Nat. *p.* 65.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
elytri $2\frac{1}{2}$ —

Deſcr.

Deſcr. Niger eſt, nitidulus primo aſpectu, verum ad lentem ſatis piloſus, praeſertim circa caput; os canum, oculi grandes antrorſum exſerti, thorax utcunque latus. Abdomen rubrum; elytra nigra, tomentoſa; baſis eorum rubra, & ſupra medium eorum faſcia undulata alba. Pedes, pectusque nigra.

Inventus in ligno arido ſepi implexo, quod rodebat.

Locus Bulgarn.

35. Formicarius, Ameiſenförmiger Kleinkäfer.

Dermeſtes niger, elytris faſcia duplici alba; baſi rubra.

Attellabus formicarius. *Lin. S. N. gen.* 203. *ſp.* 8.

Lin. faun. ſuec. n. 641.
Pod. mus. graec. p. 31.
Scop. carn. n. 111.

Jäger. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 246.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
elytri $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti 1 —

Deſcr. Totus ruber; capite, thoracisque baſi nigris, pedibus nigris; elytris nigris, baſi rubra, poſt quam, interjecto exiguo ſpatio nigro, faſcia alba, tum alia faſcia alba ultra elytrorum medium. Formicam refert, unde nomen. Multum priori ſimilis, a quo praeter colorem differt etiam thorace anguſtiore. Tomentoſulus.

Lectus Lincii, Viennae.

36. Apiarius, Bienenfreſſender Kleinkäfer.

Dermeſtes violaceus; elytris rubris, faſciis tribus ſaturate violaceis.

Attellabus apiarius. *Lin. S. N. gen* 203. *sp.* 10.
Pod. mus. graec. p. 31.
Scop. carn. n. 110.
Bienenfreſſer. Schäf. Abh. von Inſ. *Tom.* 2. *p.* 36.
Müll. Lin. Nat. Cl. V. part. 1. *p.* 246.
Le Clairon à bandes rouges. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 304.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{2}$ lin.
elytri $3\frac{3}{4}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{2}$ —

Ob Larvam, quae certe Dermeſtis eſt, & indolem, huc refero.

Locus Viennae, Lincii, Tyrnaviae, alibi, paſſim in floribus per aeſtatem, quibus ſeſe apis inſtar immergit. At larvam in alvearibus apis murariae habitare docet Schaeffer. Fors non recte putat, abſente ape, Dermeſtem hunc in vacua cella ovum deponere. Rem ego aliter contingere exiſtimo. Dermeſtem credo ova in floribus deponere, quae una cum polline florum ſupervenientes apes in cellas ſuas incaute deportant. Videant apiarii, an non etiam Apis *mellifica* hoc ſibi malum domum referat.

37. Mollis, weicher Kleinkäfer.

Dermeſtes griſeus pubeſcens; elytris faſciis tribus pallidis.
Attellabus mollis. *Lin. S. N. gen.* 203. *ſp.* 11.
Lin. faun. ſuec. n. 642.
Pod. mus. graec. p. 31.
Sammetrock. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 247.
Le Clairon porte-croix. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 305.

Men-

Menſurae. Long. elytri $2\frac{1}{2}$ lin.
Latit. elytri ambigit inter $\frac{1}{3}$ & $\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Similis per omnia cum praecedenti ſtructurae; adeoque hujus generis. Fuſcus, tomentoſus; elytris flavicantibus, faſciis tribus fuſcis, una in baſi, altera latior in medio, & tertia priore latior prope apicem.

Lectus Viennae.

38. CAPUCINUS, Capucinerchen.

Dermeſtes *Capucinus*, niger elytris abdomineque rubris, thorace emarginato retuſo. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 5.
Lin. faun. ſuec. n. 416.
Capuciner. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 102.
Le Boſtriche. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 302.

Menſurae. Long. a cap. ad an. $4\frac{2}{3}$ lin.
elytri $3\frac{1}{3}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{4}{5}$ —

Deſcr. Inſectum ſingulare; nigrum; antennae thorace breviores articulis ſex conſtant; horum tres minuti; tres, qui clavam conſtituunt, magni, ſeparati. Caput dimidium, ſaepe totum intra thoracem. Thorax hiſpidus, muricatus, magnus, antice ſupra retuſus; ſcutellum parvum nigrum. Elytra rubra, punctis excavatis. Abdominis ſegmenta poſtica quatuor rubra, nitida. Tarſi ruſi, ſine pulvillis.

Lectus Majo circa Viennam.

39. HIRTUS, Bärenkäferchen.

Dermeſtes *hirtus*, ater, villoſus. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 14.
Cantharis piloſa. *Scop. carn. n.* 131.
Bärenkäfercheu. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 106.

Habitat in floribus umbellatorum, paniculisque graminum.
Lectus olim Viennae.

40. LARDARIUS, Speckkäfer.

Dermeſtes *lardarius*, niger, elytris antice cinereis. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 1.
Lin. faun. ſu. n. 408.
Dermeſtes lardarius. *Scop. carn. n.* 34.
Fod. gr. p. 22.
Speckkäfer. *Friſch. Inſ. Deut. part.* 5. *p.* 25.
Speckkäferchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 100.
Le dermeſte du Lard. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 101.

Menſurae. Long. a cap. ad an. $3\frac{3}{5}$ lin.
elytri $2\frac{3}{4}$ —
Latitudo inſecti $2\frac{1}{3}$ —

Inſectum ſuo cuivis damno notiſſimum. Lignum etiam tenius perforat, ut concupitam praedam obtineat; arcetur Vernice, immo etiam glutine, cum & hoc Vernicis genus.

41. MURINUS, Mäuſekäferchen.

Dermeſtes *murinus*, niger; ſcutello luteo; abdomine ſubtus ſub certo oculi ſitu niveo.
Dermeſtes murinus. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 18.
Lin. faun. ſuec. n. 426.
Scop. carn. n. 35.
Friſch. deut. part. 4. *p.* 39.
Mauſekäferchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 107.

Der-

Dermeſte à écuſſon jaune. *Geoffr. paris. part.* 1 *p.* 102.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	3 lin.
elytri	$2\frac{1}{3}$ —
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{4}$ —

Lectus Viennae.

Habitat in cadaveribus cum Silphis copioſus.

42. TYPOGRAPHUS, Fichtenrindenkäferchen.

Dermeſtes *typographus*, teſtaceus, piloſus, elytris ſtriatis, retuſis praemorſo dentatis. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 7.
Lin. faun. ſu. n. 418.

Buchdrucker. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 103.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$1\frac{1}{2}$ — fere.
Latitudo inſecti	$\frac{2}{3}$ —

Habitat ſub cortice arborum emortuarum, quae ex Claſſe *coniferarum* ſunt.

43. QUADRIMACULATUS, viermacklichter Kleinkäfer.

Dermeſtes niger maculis duabus rubris, duabus ferrugineis.

Le dermeſte à quatre points rouges ſans ſtries. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 106. *ſp.* 17.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{4}$ lin.
elytri	$1\frac{4}{5}$ —
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Habitus Chryſomelae; corpus ovatum. Thorax ſubmarginatus. Color ater. Elytra ſingula in diſco macula rubra, in apice macula alia ma-

jori ferruginea, imo ad lentem magna parte marginis exterioris ferruginea.

Habitat in Stercore vaccino copiosus.

Lectus Viennae primo vere.

44. HAEMORRHOUS, blutender Kleinkäfer.

Dermestes *haemorrhous* niger, nitidus, elytris sub apice rubris.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{2}$ lin.
	elytri	$1\frac{1}{2}$ —
	Latitudo insecti	$1\frac{1}{8}$ —

Descr. Ovatus, scarabaeiformis, ater, nitens. Elytrum quodvis ad marginem internum prope apicem macula coccinea. Accurate intuenti margo totus elytrorum exterior saturate coccineus. Color iste elegans post insecti mortem vehementer obscuratur.

Habitat in Stercore vaccino.

Lectus in Pratter Viennae tempore verno.

45. VIOLACEUS, veyelblauer Kleinkäfer.

Dermestes *violaceus*, nigro-coeruleſcens, thorace villoso. *Lin. S. N. gen.* 191. *sp.* 13. *Lin. faun. suec. n.* 422.

Dermestes violaceus. *Pod. mus. graec. p.* 22. *Scop. carn. n.* 51.

Todtenfreund. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 105.

Le Clairon bleu. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 304.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{4}$ lin.
	elytri	$1\frac{1}{2}$ —
	Latitudo insecti	1 — vix.

Descr.

Deſcr. Totus nigrocoeruleus, ſeu ejus adcurate coloris, quem Cl. Schiffermüllerus vocat *Hochblau*, Gallice *Bleu-beau*, *Bleu-Reine*. Tomentoſus.

Habitat paſſim, etiam in floribus, ſed rarior. Anthophilus.

46. Testaceus, brauner Kleinkäfer.

D. Teſtaceus; thorace elytrisque marginatis; oculis nigris.

Silpha teſtacea. *Lin. S. N. gen.* 196. *ſp.* 31. Ziegler. *Müll. Nat. Cl. V. P.* 1. *p.* 133.

Le velours jaune. *Geoffr. Paris. part.* 1. *p.* 102.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	2 lin.
elytri	$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	1 —

Deſcr. Color caſtaneus; ſed elytra & thorax late marginatus ob pilos crebros ferrugineos ferruginea; caput magis obſcurum; oculi nigri.

Obſ. 1. Silpha non eſt, quia caput intra thoracem retrahit.

Obſ. 2. Notent juniores Entomologi, perperam Linnaei *teſtaceum* colorem a Cl. Müllero *Ziegelroth* germanice verti; hic Jll. Linnaeo & hic & alibi ſemper ruber audit; color teſtaceus is eſt, qui ex ſaturate fuſco in coccineum vergit; ſaepe tamen etiam pallidior, ſaepe caſtaneus color hoc nomine ab illo vocatur, imo ſaepe ex fuſco flaveſcens, at lateritius plane nunquam.

Habitat in floribus.

Lectus ad Döbling in floribus Reſedae, aeſtate.

47. Bipunctatus, geöhrter Kleinkäfer.

Dermeſtes *bipunctatus*, oblongus niger; thoracis apicibus ferrugineis. Beytr. zur Naturgeſchichte *p.* 61. §. 1.

Men-

Menſurae. Long. a cap. ad an.	2	lin.
elytri	$1\frac{1}{2}$	—
Latitudo inſecti	1	— vix.

48. PELLIO, Kirſchnerkäfer.

Dermeſtes *Pellio*, niger, coleoptris punctis albis binis. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 4. *Lin. faun. ſuec. n.* 411.

Dermeſtes Pellio. *Scop. carn. n.* 37. *Pod. mus. graec. p.* 22.

Friſch Inſ. Deut. part. 5. *p.* 22. §. 8.

Kirſchner. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 101.

Le dermeſte à deux points. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 100.

Menſurae. Long. a cap. ad an.	2	lin.
elytri	$1\frac{1}{2}$	—
Latitudo inſecti	1	—

Habitat paſſim; rei pelliceae infeſtus.

49. LEUCOPHILUS, weißliebender Kleinkäfer.

Dermeſtes niger, thorace elytrisque cinereis; pedibus teſtaceis.

Le dermeſte noir à pattes fauves. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 108. *ſp.* 21.

Dermeſtes ater, pectore elytrisque ſubnigris; pedibus rubris. *Lin. faun. ſuec. Edit. II. n.* 2268.

Deſcr. Magnitudo majoris pediculi humani. Caput nigrum, fronte obſcuriuſcule cinerea. Abdomen oculique nigra. Thorax & elytra cinerea, thorax quam elytra obſcurior, non marginatus. Pedes teſtacei. Antennae nigrae pubeſcentes. Dermeſti melanocephalo Linnaei affinis, ſi non idem.

Habitat

Habitat in hortis, ubi omnia perreptat, volitat etiam agiliſſime. Veſtibus albis inſidere amat.

Lectus Viennae.

ſt. Datur varietas antennis teſtaceis, pedibus nigris, elytris manifeſtius ſtriatis; duplo major.

Reperitur primo vere.

50. CALTHAE, Dotterblumenkleinkäfer.

Dermeſtes ovatus niger; abdomine obtuſo; thorace elytrisque marginatis; elytris apice rufis.

Dermeſtes Calthae. *Scop. carn. n.* 49.

L'antribe à deux points rouges au bout des étuis. *Geoffr. Paris. part.* 1. *p.* 308. *ſp.* 5.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
elytri $\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti $\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Niger, nitidiſſimus; pedibus, antennis, maculaque poſtica elytrorum rufis. Magnitudo habitusque Dermeſtis *Pſylii*; elytris tamen magis, quam thorace marginatis.

Habitat in Floribus Syngeneſiis, uti Taraxaco & affinibus copioſus.

Lectus Viennae M. Aprili.

51. PSYLIUS, Flohähnlicher Kleinkäfer.

Dermeſtes ovatus niger; abdomine obtuſo, thorace elytrisque marginatis, immaculatis.

Dermeſtes Pſylius. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 25. *Lin. faun. ſuec. n.* 436.

L'antribe noir liſſe. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 309.

Flohſame. *Müll. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 108.

Men-

Menſurae. Long. a cap. ad an. $\frac{2}{3}$ lin.
elytri $\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $\frac{1}{3}$ —

Habitat paſſim in floribus.

52. TOMENTOSUS, wölligter Kleinkäfer.

Dermeſtes niger, cano punctatus; thorace marginato; elytris punctato ſtriatis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin.
elytri 1 —
Latitudo inſecti 1 — vix.

Deſcr. Niger eſt, & tenui pilo hirſutus, unde cano punctatus adparet per elytra. Thorax eſt ſat latus, marginatus; caput depreſſum; elytra punctato-ſtriata, ſtriis decem.

Lectus circa Viennam.

53. DOMESTICUS, Hauskäferchen.

Dermeſtes *domeſticus* niger, elytris griſeis, margine nigris, thorace villoſo. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 12.
Lin. faun. ſuec. n. 424.
Hauskäferchen, *Müller Lin. Nat. Cl. V. p.* 105.
La vrillette des tables. *Geoffr. paris. p. I. p.* 111.

Menſurae. Longit. a cap. ad anum $1\frac{3}{4}$ lin.
Latitudo inſecti 1 —

Deſcr. Fuſcus; thorax valde gibbus & fere hemiſphaericus; caput intra thoracem retrahit. Coeterum nomen Linnaei malum; nam nec thorax villoſus, nec elytra griſea, ſaltem in ſpeciebus plerisque. Antennae longae articulis tribus extremis longioribus, craſſioribus, capitulum non conſtituentibus; unde reipſa non Dermeſtes ſed Ptinus.

Habitat

Habitat in lignis antiquis, ubi rotunda rodit foramina. Lignum Alöes Americanum, quod apud Caribas creſcit, ab eo non attingi, tradit Moquetus.

54. PULICARIUS, Flohkäferchen.

Dermeſtes pulicarius, oblongus niger. elytris abbreviatis; abdomine acuto. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 24.
Lin. faun. ſuec. n. 370.
Le Clairon Satiné. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 305.
Flohkäferchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 108.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1¼; in alio 1½ lin.
elytri ½ vix; 1 —
abdominis ⅔ — — 1⅓ —
Latitudo Inſecti ½ lin.

Deſc. Niger, vel ex tomento canus, oblongus. Caput thorace tenuius, ſubacutum; thorax non marginatus; elytra laevia, abdomine ſubacuminato breviora. Femora nigra craſſiuſcula; tibiae nigrae vel rufae. Antennae apice non niſi parum craſſiores.

Habitat in floribus.

Lectus in Schönbrun, Iulio menſe; item in Reſedae luteolae floribus ad Nuſsdorf.

55. CHRYSOMELOIDES, Goldhähnchen ähnlicher Kleinkäfer.

Dermeſtes niger, glaber; thorace ſubquadrato, antennis pedibusque fuſco teſtaceis.

Menſurae. Long. a cap. ad an. 1 lin.
Latitudo inſecti ⅓ —

Deſc.

Defcr. Pfylio affinis, fi non varietas. Caput intra thoracem fere retractum; thorax latus, fere quadratus, marginatus; elytra marginata. Thorax elytraque laevia, nec punctata, nec ftriata. Pedes cum antennis fufco teftacei. Antennarum clava folida videtur, aut eft.

Habitat circa Viennam.

56. PEDICULARIUS, Läuſekäferchen.

Dermeſtes *pedicularius*, oblongus teſtaceus, elytris abbreviatis. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 23.

Lin. faun. ſuec. n. 434.

Läuſekäferchen. *Müll. Lin Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 108.

Menſurae.		
Longit. a cap. ad an.	$\frac{3}{4}$	lin.
elytri	$\frac{1}{4}$	—
Latitudo Inſecti	$\frac{1}{2}$	—

Defcr. Totus teſtaceus; oculis nigris, & ſaepe baſi thoracis fuliginoſa. Antennarum articuli tres ultimi non nifi leviter craſſiores, ſed articuli duo primi ad baſin ſaepe, non tamen in omnibus ſpeciminibus, coeteris craſſiores, longiores. Thorax latus, ſubmarginatus; elytra non ſtriata, leviſſime punctata, truncata, abdomine breviora. Pectus nigrum.

Habitat in floribus Reſedae Luteolae.

Lectus ad Nuſsdorf circa medium Junii.

57. BOLETI, Kleinkäfer des bunten Löcherſchwamms.

Dermeſtes thorace marginato, fuſcus.

Dermeſtes Boleti. *Scop. carn. n.* 44.

Fellkäfer an dem bunten Löcherſchwamme. Beyträg. zur Naturg. *p.* 49

Habitat

Habitat in Boleto verſicolore, & agaricis ſeſſilibus toto anno copioſus; ſemper larva & imago ſimul adſunt.

Obſ. Craſſiſſimum boletum haec ſpecies cum ipſo Boleto incluſa ita exenterat, uti cujusvis plantae alterius inſtar illum commode in folio Chartae complicato aſſerves, herbarioque inferas.

58. POLYGRAPHUS, Zeichnender Kleinkäfer.

Dermeſtes *Polygraphus*, teſtaceus, piloſus, elytris glaucis, obtuſiuſculis. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 10.
Lin. faun. ſuec. n. 420.
Zeichner. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. pars.* 1. *p.* 104.

Habitat ſub arborum emortuarum cortice.

59. FENESTRALIS, Fenſterkäferchen.

Dermeſtes *feneſtralis* caſtaneus, capite nigricante, thorace fuſco. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 15.
Lin. faun. ſuec. n. 423.
Dermeſtes Sambucci, *Scop. carn. n.* 40.
Le dermeſte à étuis transparens. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 108.
Fenſterguckr. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. pars* 1. *p.* 106.

Menſurae in vivo. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
elytri $\frac{2}{3}$ —
antennae $\frac{1}{3}$ —

Deſc. Teſtaceus; thorax & caput obſcuriora, oculi nigri. Sed ſpecialis character conſiſtit in corniculis duobus occipitis prope baſin thoracis, truncis decuſſarum antennarum ſimilibus, nec a Linnaeo

nec a Geoffroy obſervatis, primo a Cl. Scopoli detectis.

Habitat in floribus. *Scop. Geoff.* Saepe ad feneſtras venit; etiam in humidis domorum locis, nocivus libris ibi adſervatis.

60. FUMATUS, Rauchkäferchen.

Dermeſtes *fumatus*, oblongus, glaber, teſtaceus, oculis nigris. *Lin. S. N. gen.* 191. *ſp.* 22.

Dermeſtes ſtercoreus. *Lin. faun. ſuec. n.* 432.

Le dermeſte du fumier. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 104.

Rauchkäferchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 108.

Pulicis magnitudine; totus fuſco ferrugineus, demtis oculis nigris.

Habitat in fimo; etiam in latrinis.

61. QUERCUS, Eichenkleinkäfer.

Dermeſtes *Quercus*, fuſcus; elytris nigris, faſciis duabus pallidis.

Menſurae. Long. a cap. ad an. 1 lin.
elytri $\frac{2}{3}$ —

Deſc. Fuſcus; thorax fere marginatus; elytra fuſca, faſciis duabus undulatis pallidis, una ad baſin, ut tamen ipſa baſis fuſca: altera ultra medium.

Lectus Viennae in quercu emortua.

PTI-

PTINUS, Bohrkäfer.

62. Imperialis, Bohrkäfer mit dem Adler.

Ptinus imperialis, fuscus, thorace subcarinato, coleoptris macula alba, aquilam expansam referente. *Lin. S. N. gen.* 192. *sp.* 4.

Adler, *Müller Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 112.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin.
antennae $1\frac{1}{3}$ —
elytri 1 —

Descr. Facies Ptini *Furis*, sed major; color fuscus, elytra macula communi alba longitudinali notantur ad futuram dorsalem, quae prope basin & ultra medium in quodvis elytrum ramum exserit, unde aquilae Imperialis figura, nomenque insecti exsurgit. Thorax immarginatus in medio cristam habet, cuculli more erectam, cujus basin macula alba cingit. Antennae pedesque ferruginei non sunt coloris, sed corpori concolores.

Habitat in arboribus.

Lectus Viennae 1775. 29. April.

63. Fur, Gemeinster Bohrkäfer, Kräuterdieb.

Ptinus *Fur*, testaceus; thorace dentato, antennis moniliformibus, subapterus. *Lin. S. N. gen.* 192. *sp.* 5.

Cerambyx fur. *Lin. faun. suec. n.* 657.

Buprestis Fur. *Scop. carn. n.* 210.

La bruche à bandes. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 164.

Frisch Inf. Deut. part. 13. *p.* 22. §. 19.

Kräuterdieb, *Müll. Lin. Naturf. Cl. V. part.* 1. *p.* 113.

Göze Naturforsch. VIII. Stück. p. 75.

Obſ. Larva una plerumque uno inſecto contenta; quo exinanito intra ceram, cui infixa erant inſecta, ſe recondidit, metamorphoſin ſubitura. Ptinus exeluſus non ſtatim prodit, ſed aliquantum perſtat in ſua tumba, meditaturus ſtrages, quas, cum prodierit, editurus eſt.

Plura non addo. Notiſſimum cuivis ſive Zoologo ſive Botanico proprio damno inſectum nemo ſufficienter ante celeberrimum Göze deſcripſit, qui nihil ſupplendum reliquit.

64. PECTINICORNIS, Bohrkäfer mit dem Federkamm.

Ptinus *pectinicornis*, fuſcus, antennis luteis pectinatis. *Lin. S. N. gen.* 192. *ſp.* 1.
Dermeſtes pectinicornis. *Lin. faun. ſu. n.* 412.
La panache brune. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 65.
Federkamm. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. part.* 1. *p.* 111.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
Latitudo inſecti ½ —

Deſcr. Niger; elytra obſcure teſtacea. Caput intra thoracem retractum. Simillimus dermeſti *domeſtico*, niſi quod antennae pectinatae; hae uti & pedes lucide teſtacea, ac fere ferruginea.

Habitat in truncis antiquis, eos foraminibus rotundis terebrans.

Lectus 4. Julii in Pratter.

65. SEMINULUM, Samenartiger Bohrkäfer.

Ptinus apterus globoſus, teſtaceus; antennis pedibusque tomentoſo-flaviſſimis.

Menſurae. Longit. a cap. ad anum 1½ lin.
Latitudo inſecti 1 —

Deſcr. Fere ſphaericus; totus nitenti-teſtaceus; elytris, quae fere totum abdomen etiam ſubtus tegunt,

gunt, valde convexis, diaphanis, ita ut corpus animalis transpareat, cui non incumbunt, ſed amplum ſuper illud fornicem conſtituunt. Oculi minimi, nigri. Caput, thorax elytra teſtacea, ſeu teſtudineo-rufi coloris. Antennae, pedes, & exigua abdominis pars, quam elytra non tegunt, ex ſubtiliſſimo, at denſo tomento, ſulphurea. Antennae filiformes, articulis omnibus aequalibus.

Habitat in farina; viſus Viennae, Linciique paſſim.

HISTER, Dungkäfer.

66. QUADRIMACULATUS, Viermacklichter Dungkäfer.

Hiſter *quadrimaculatus*, ater, elytro ſingulo maculis duabus rubris.

Hiſter quadrimaculatus. *Lin. S. N. gen.* 193. *ſp.* 6.

Lin. faun. ſuec. n. 442.

Menſurae. Longit. a baſi thoracis ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
elytri $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $2\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Niger nitidus, capite nonnihil prominulo; elytra abdomine breviora, penes marginem exteriorem decurrunt ſtriae tres longitudinales, quarum tertia dimidium elytron non excedit. Macula rubra in ſingulo elytro ad baſin marginis exterioris, & altera fere in medio elytro major. Tibiae anticae tridentatae.

Habitat forte in cadaveribus.

Captus Viennae 24. Martii.

67. BIPUSTULATUS, Zweymacklichter Dungkäfer.

Hiſter ater; elytro ſingulo macula diſci rubra.

Menſurae. Long. a baſi thoracis ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
elytri 2 —
Latitudo totius $2\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Niger, nitidus; capite nonnihil prominulo; elytra abdomine breviora; macula in medio reniformi aurantia ſeu fulva: ſtriae tres longitudinales ad marginem exteriorem uſque ad apicem decurrunt. & una ad marginem interiorem. Tibiae anticae quadridentatae. Adeoque vere a priori diverſus, cum quo confudit Linnaeus.

Lectus Viennae in ſtercoratis.

68. UNICOLOR, Einfärbiger Dungkäfer.

Hiſter ater, unicolor, elytris ſubſtriatis.

Hiſter unicolor. *Lin. S. N. gen.* 193. *ſp.* 3.
Lin. faun. ſuec. n. 440.
Scop. carn. n. 30.

L'éſcarbot noir. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 94.

Europäiſcher Dungkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 115.

Menſurae.

Longit. a baſi thoracis ad an. $2\frac{2}{3}$ *in alio* 3 lin.
elytri $1\frac{1}{3}$ — — 2 —
Latitudo inſecti 2 — — $2\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Niger, nitidus, capite nonnihil prominulo, quod tamen in morte intra thoracem retrahit. Elytra ad anum non pertingunt; ad marginem exteriorem decurrunt tres lineae longitudinales fere usque ad apicem, ita, ut quarta per media elytra decurrat, reliquo, usque ad futuram dorſalem ſpatio non ſtriato. Tibiae anticae multidentatae.

ß. Varietas? Minor; differt defectu ſtriarum; ſolum ad baſin elytrorum quinque ſtriae oblique verſus latus

latus externum diriguntur, quae tamen elytri medium non attingunt.

Lectus Viennae; Lincii.

69. BIMACULATUS, Zweyfleckigter Dungkäfer.

Hiſter *bimaculatus*, ater, elytris poſtice rubris. *Lin. S. N. gen.* 193. *ſp.* 5.
Lin. faun. ſuec. n. 442.
L'éſcarbot à taches rouges. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 95.
Der Zweyfleck, *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 116.

Menſurae. Longit. a baſi thoracis ad an. 1½ lin.
elytri ⅘ —
Latitudo inſecti ⅘ —

Deſcr. Totus ater, nitidus; capite nonnihil prominulo, quod moriens retrahit; elytra abdomine breviora; penes marginem exteriorem decurrunt a baſi ad apicem elytri ſtriae tres longitudinales, quarta vero & quinta margini interiori propiores ab apice elytri verſus medium ejusdem, nec ultra, excurrunt. Macula in ſinguli elytri diſco rubra. Tibiae ſpinoſae.

Lectus Viennae 16. April.

70. DUODECIMSTRIATUS, Zwölfſtreifigter Dungkäfer.

Hiſter niger nitidus; elytris duodecimſtriatis.

Menſurae. Longit. a baſi thoracis ad an. 1⅔ lin.
elytri 1 —
Latitudo inſecti 1 —

Deſcr. Omnia ut in prioribus; at nulla macula in elytris; per ſingula elytra ſtriae ſex a baſi ad apicem decurrunt, ita, ut aequalibus a ſe diſtantes ſpatiis diſcum totum occupent.

Lectus in Auſtria.

71. Pygmaeus, Zwergdungkäfer.

Hister *pygmaeus*, nigro-aeneus, striis nullis.
Hister pygmaeus. *Lin. S. N. gen.* 193. *sp.* 4.
Lin. faun. suec. n. 441.
Zwerg. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 116.

Mensurae. Longit. a basi thoracis ad an. 1½ lin.
elytri ⅔ —
Latitudo insecti ⅔ —

Descr. Structura plane priorum, sed nigro-aeneus; & nullis per elytra striis, nec ad lentem, conspicuis.

GYRINUS, Drehkäfer.

72. Natator, Schwimmender Drehkäfer.

Gyrinus *Natator* substriatus. *Lin. S. N. gen.* 194. *sp.* 1.
Dityscus Natator. *Lin. faun. suec. n.* 779.
Scop. carn. n. 299.
Pod. mus. graec. p. 44.
Schwimmer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 117.
Le Tourniquet. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 194.

BYRRHUS, Nagkäfer.

73. Scrophulariae, Braunwurznager.

Byrrhus *Scrophulariae;* niger, elytris albo maculatis, tutura sanguinea. *Lin. S. N. gen.* 195. *sp.* 1.
Dermestes Scrophulariae. *Lin. faun. suec. n.* 429.
Dermestes variegatus. *Scop. carn. n.* 41.

L'an-

L'anthrene à broderie. *Geoffr. Paris. part.* 1. *p.* 114.

Braunwurznager. *Müll. Lin. Naturf. Cl. V. p.* 119.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$1\frac{1}{3}$ lin.
elytri	1 —
Latitudo inſecti	$\frac{2}{3}$ —

Habitat paſſim in floribus Pomonae, ſambucci, Philadelphi coronarii, aliisque, praeſertim albis.

SILPHA, Grabkäfer.

74. Vespillo, Todtengräber.

Silpha *Veſpillo*, oblonga atra, clypeo orbiculato inaequali; elytris faſcia duplici ferruginea. *Lin. S. N. gen.* 196. *ſp.* 2. *Lin. faun. ſuec. n.* 444.

Silpha Veſpillo. *Pod. mus. graec. p.* 23.

Dermeſtes Veſpillo *Scop. carn. n.* 33.

Muſcuskäfer. *Friſch. Inſ. Deut. part.* 12. *p.* 28. §. 20.

Le Dermeſte à point d'Hongrie. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 98.

Biſamkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 123.

Menſurae. Long. a cap. ad an.	$9\frac{1}{2}$ lin.
elytri	4 —
abdominis	6 —
Latitudo inſecti	$3\frac{1}{2}$ —

Habitat paſſim, phthiriaſi ex acaro coleoptratorum valde obnoxius.

75. LITTORALIS, Uferkäfer.

Silpha *littoralis*, atra, elytris laevibus; lineis elevatis tribus; antennis apice ferrugineis.

Silpha littoralis. *Lin. S. N. gen.* 196. *sp.* 11.
Lin. faun. suec. n. 450.
Scop. carn. n. 55.
Feldschabe. *Frisch. Inf. Deut. part.* 6. *p.* 12. *§.* 5.
Le bouclier a bosses. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 120.
Uferkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 127.

Mensurae. Longit.	a cap. ad. an.	$10\frac{1}{2}$ lin.
	antennae	$2\frac{1}{3}$ —
	thoracis	$2\frac{1}{2}$ —
	elytri	$3\frac{3}{4}$ —
Latitudo insecti		$3\frac{3}{4}$ —

Descr. Extimi tres articuli antennarum ferruginei, elytra ad apicem non plane pertingunt; thorax rotundatus, Nigra tota. Elytra lineis tribus, & utroque margine elevatis; linea prima cum secunda gibbositate connexa. Moschum olet.

Locus Viennae in ponte ex via regia ad urbem cum Tenebrione *Mortisago* 30. Maji.

76. THORACICA, Rothschildiger Grabkäfer.

Silpha nigra; elytris linea elevata unica; clypeo rubro.

Silpha thoracica. *Lin. S. N. gen.* 196. *sp.* 13.
Lin. faun. suec. n. 453.
Pod. mus. graec. p. 23.
Scop. carn. n. 54.
Le bouclier à corcelet jaune. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 121.

Schild-

Schildträger. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 128.

Menſurae. Long. a cap. ad anum	$7\frac{1}{3}$ lin.
thoracis	2 —
elytri	5 —
Latitudo Elytrorum	4 —
thoracis	$3\frac{1}{3}$ —

Habitat ad cadavera.

Lecta Lincii.

77. Obscura, Dunkelſchwarzer Grabkäfer.

Silpha *obſcura*, nigra; elytris punctatis; lineis elevatis tribus, clypeo truncato.
Lin. S. N. gen. 196. *ſp.* 18.
Lin. faun. ſuec. n. 457.
Pod. mus. graec. p. 23.
Scop. carn. n. 57.
Le bouclier noir, chiffoné, à corcelet liſſe.
Geoffr. paris. part. 1. *p.* 121.
Tuchtrauer. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. p.* 129.

Menſurae. Longit. a capit. ad an.	6 lin.
thoracis	2 —
elytri	4 —
Latitudo elytrorum	3 —
thoracis	$2\frac{2}{3}$ —

Antennae ſenſim craſſiores.
Frequens in Cerealium ſpicis.

78. Rugosa, Runzlichter Grabkäfer.

Silpha *rugoſa*, nigricans; elytris elevatis tribus; thorace emarginato. *Lin. S. N. gen.* 196. *ſp.* 16.
Lin. faun. ſuec. n. 455.

Silpha

Silpha Scabra. *Scop. carn. n.* 59.
Silpha rugosa. *Scop. carn. n.* 52. an Linnaeana?
Le bouclier noir chiffoné, à corcelet raboteux. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 120.
Runzelkäfer. *Müll. Lin. Naturf. Cl. V. part.* 1. *p.* 129.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
elytri 3 —
thoracis $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti $2\frac{1}{3}$ —

Lecta 25. Junii in ponte supra Viennam flumen ex via regia ad urbem ducente.

79. Opaca, Brauner Grabkäfer.
Silpha *opaca*, fusca, elytris concoloribus; lineis elevatis subternis; thorace antice truncato. *Lin. S. N. gen.* 196. *sp.* 15.
Lin. faun. suec. n. 454.
Le Bouclier noir à corcelet raboteux. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 120.
Der braune Graber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 128.

Mensurae. Longitudo totius $5\frac{1}{2}$ lin.
elytri $3\frac{2}{3}$ —
antennae 1 —
Latitudo totius insecti $2\frac{1}{2}$ —
unius elytri $1\frac{1}{4}$ —

Descr. Color totius ater. *Caput* villosulum, villis nonnihil rufescentibus. *Antennae* clavatae; clavam constituentibus tribus extimis articulis perfoliatis, quorum antepenultimus, & penultimus Scutelliformes, ultimus ovatus. *Thorax* latus, margi-

marginatus, ſcaber, ſeu tuberculis elevatis, pubeſcens pube cinerea, qua tamen partes elevatae deſtituuntur. *Elytra* marginata; lineis, praeter utrumque marginem, tribus elevatis acutis; prima & ſecunda, a margine exteriori computando, per aliquam elytri gibboſitatem anaſtomoſizant; tertia cum margine interiori, areaque interjecta, ultra reliquum elytrum excurrit, adpendiculamque format.

ß *Variat* defectu adpendicis in elytris.

Habitat in cadaveribus.

Lecta Viennae.

80. Atrata, Glänzendſchwarzer Grabkäfer.

Silpha *atrata*, atra, elytris ſubpunctatis; lineis elevatis tribus laevibus, clypeo antice integro. *Lin. S. N. gen.* 196. *ſp.* 12. *Lin. faun. ſuec. n.* 451.

Silpha atrata. *Scop. carn. n.* 56. *Pod. graec. p.* 23.

Le bouclier noir a trois raies et corcelet liſſe. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 118.

Seidentrauer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 127.

Habitat in Sylvis frequentior.

83. Sabulosa, Sandgräber.

Silpha *ſabuloſa*, fuſca, elytris lineis elevatis tribus utrinque dentatis; thorace ſubemarginato. *Lin. S. N. gen.* 196. *ſp.* 17. *Lin. faun. ſuec. n.* 456.

Silpha ſabuloſa. *Scop. carn. n.* 58.

Le tenebrion à ſtries dentelées. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 350.

Sant-

Sandgräber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 129.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
elytri $2\frac{2}{4}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{2}{3}$ —

Habitat in cadaveribus; etiam paſſim in pratis; veſcitur etiam caulibus graminum plantarumque emortuarum.

82. AQUATICA, Waſſergrabkäfer.

Silpha *aquatica*, cinerea, elytris ſubſtriatis, thorace emarginato, longitudinaliter rugoſo vireſcente. *Lin. S. N. gen.* 196. *ſp.* 25.

Lin. faun. ſuec. n. 461.

Le dermeſte bronſé. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 105.

Waſſerpatſcher. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 131.

Menſurae. Long. a cap. ad anum 2 lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo totius $\frac{5}{8}$ —

Variat magnitudine.

Habitat in confervis; *victitat* larvis inſectorum demortuis, ranarumque exuviis.

83. GRISEA, Grauer Grabkäfer.

Silpha *griſea*, griſea; elytris laevibus, thorace emarginato. *Lin. S. N. gen.* 196. *ſp.* 30.

Lin. faun. ſuec. n. 464.

Der Greiß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 132.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Nigra; thorax & elytra griſea, ſeu viridicana. Pedes & antennae ferrugineae.

Habitat in Auſtria.

84. LINCENSIS, Linzeriſcher Grabkäfer.

Silpha nigra; elytris pedibusque fuſco-teſtaceis, elytris margine exteriore nigris.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $\frac{2}{3}$ lin.
Latitudo elytri unius. $\frac{1}{4}$ —

Habitat Lincii.

85. TESTACEA, Blumengräber.

Silpha teſtacea, ſubtomentoſa; oculis nigris; elytris abdomine ſubbrevioribus, truncatis.

Silpha teſtacea. *Lin. S. N. gen.* 196. *ſp.* 31.
Blumenſauger. *Müller Lin. Naturſ. p.* 133.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{5}$ lin.
elytri $\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti $\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Color totius teſtaceus; thorax elytraque marginata; elytra abdomine ſubbreviora, apice truncata. Oculi nigri. In quibusdam foveolae duae obſoletae in thorace.

Habitat in floribus a Menſe Junio in Septembrem.

86. PHILYREAE, Beinwellgrabkäfer.

Huc refero inſectum Viennae 1775. 9. *Aprilis in cortice ligni Phylyreae lectum.*

Deſcr. Magnitudo minoris pulicis. *Antennae* extrorſum craſſiores, articulo tamen baſeos maximo; *Tho-*

Thorax, qui marginatus, & pectus punctato-ſcabra. *Abdomen* nitens. *Elytra* ſtriato-crenulata ex punctis. *Color* niger.

Obſ. Deficit Scopolinus character, nempe lamella acuta in ſemoris poſtici baſi.

87. PEDICULARIA, Blumenlaus.

Silpha *pedicularia* nigra, elytris laevibus, thorace marginato. *Lin. S. N. gen.* 196. *ſp.* 34.

Lin. faun. ſuec. n. 466.

Blumenlaus. *Müll Lin. Nat. Cl. V. p.* 133.

Deſcr. Magnitudo majoris pulicis; pedes teſtacei; elytra fuſca, ante marginem exteriorem foſſa longitudinalis latiuſcula, nitens.

Habitat Lincii.

CASSIDA, Schildkäfer.

88. SANGUINOLENTA, Rothgeſäumter Schildkäfer.

Caſſida *ſanguinolenta*, nigra; thorace elytrisque margine ſanguineis. *Beyträge zur Nat. p.* 61.

Menſurae.	Longitudo totius	4 lin.
	Latitudo inſecti	$2\frac{1}{3}$ —

Habitat Lincii. Forte etiam Viennae; vidi enim in ditiſſima Collectione Illuſtriſſimi Domini Comitis Sigismundi ab Hohenwart inde allata.

89. VIBEX, Striemenſchildkäfer.

Caſſida *Vibex*, virens, ſutura dorſali ſanguinolenta. *Lin. S. N. gen.* 197. *ſp.* 5.

Striemenſchild. *Müll. Lin. Cl. V. p.* 138.

Men-

Menſurae in mare vivo.

Longit. a cap. ad anum	$2\frac{1}{4}$	*in alio*	$2\frac{1}{2}$ lin.
elytri	2	— —	$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	2	— —	$1\frac{1}{2}$ —

Menſurae in femina.

Long. a cap. ad anum	3 lin.
elytri	$2\frac{1}{4}$ —
Latitudo	$2\frac{1}{4}$ —

Deſcr. Omnis margo exterior elytrorum & thoracis ſemidiaphanus, cornu tenuis more, flaveſcens Diſcus tam thoracis quam elytrorum viridis. Sutura elytrorum linea lata communi rufecuprea. In campo elytrorum viridi punctum minutum nigrum.

Habitat in Carduo.

Lecta Viennae in Pratter 17. Maji, & poſtea ſaepius.

90. SUBFERRUGINEA, Strohfarbener Schildkäfer.

Caſſida *ſubferruginea*, nigra; thorace, elytris, pedibusque ſubferrugineis immaculatis. *Beyträg. zur Naturg. p.* 62.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.			$2\frac{1}{4}$ lin.
elytri			$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti			$1\frac{1}{2}$ —

Habitat in Auſtria.

91. NEBULOSA, Wolkenſchildkäfer.

Caſſida *nebuloſa*, pallido-nebuloſa. *Lin. S. N. gen.* 197. *ſp.* 3.
Lin. faun. ſu. n. 468.
Der weißgrüne Schild-Marienwurm. *Friſch. Inſ. Deut. part. IV. p* 30. §. 15.
La caſſide brune. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 313.

Wolkenschild, *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 137.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
elytri $2\frac{1}{3}$ —

Habitat passim, rarior.

92. VIRIDIS, Grüner Schildkäfer.

Cassida *viridis*, viridis. *Lin. S. N. gen.* 197. *sp.* 1.
Lin. faun. suec. n. 153.
Cassida viridis. *Scop. carn. n.* 117.
La casside verte. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 312.
Grünschild. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 135.

Mensurae. Longit. a cap. ad anum 3 lin.
elytri $2\frac{1}{3}$ —
Latitudo insecti $2\frac{1}{3}$ —

Habitat passim in carduis, quos exedit larva viridis, & imago concolor.

COCCINELLA, Sonnenkäfer.

* *Elytris rubris, flavisve; nigro maculatis.*

93. IMPUNCTATA, Unpunctirter Sonnenkäfer.

Coccinella *impunctata*, coleoptris rubris, puncto nullo. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 4.
Der ungefleckte Sonnenkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 147.

Mensurae. Longitudo $1\frac{2}{3}$ lin.
Latitudo $1\frac{1}{2}$ —

Descr. Rubra tota, thorace, elytris, pedibus anticis, reliqua nigra.

Habitat in Parietaria.

Lecta Viennae in Pratter 21. Junii & deinceps.

94. BIPUN-

94. BIPUNCTATA, Zweypunktirter Sonnenkäfer.
Coccinella *bipunctata*, coleoptris rubris, punctis nigris duobus. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 7.
Lin. faun. suec. n. 451.
Coccinella bipunctata. *Pod mus. graec. p.* 24. *Scop carn n.* 234.
Frisch. Inf. Deut. part. 9. *tab.* 16. *f.* 4.
La coccinelle rouge à deux points noirs. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 320.
Zweypunct. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 148.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 2½ lin.
elytri 2 —
Latitudo elytri 1½ —

Descr. Thorax margine macula magna alba, basi puncta duo, & apice lineola ex punctis duobus alba, coetera niger. *Elytra* rubra, nitida, singula in medio puncto majusculo nigro. Alae fuliginosae.

Habitat passim in plantis, arboribus, fruticibus.

95. SUBPUNCTATA, Halbpunctirter Sonnenkäfer.
Coccinella elytris rubris, puncto ad singuli elytri marginem minuto nigro.

Mensurae. Longitudo 1⅔ lin.
Latitudo 1½ —

Desc. Thorax flavus, punctis quinque nigris; duobus anterioribus, tribus posterioribus, omnibus rotundis. Caput flavum, oculi nigri: *Elytra* rubra aut fulva; ad marginem externum in singuli elytri medio punctum nigrum minutum.

Locus in Augarten Viennae 8. Julii.

96. QUINQUEPUNCTATA, Fünfpunctirter Sonnenkäfer.

Coccinella *quinquepunctata*, coleoptris sanguineis, punctis nigris quinque. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 11.
Lin. faun. suec. n. 474.
La coccinelle rouge à cinq points noirs. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 320.
Fünfpunct. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 150.

Menſurae. Longitudo 2 lin.
Latitudo $1\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Thorax niger, nitidus, utrinque ad marginem macula alba. *Elytra* rubra; ſingula punctis duobus, & uno ad baſin communi; nigris. Reliqua nigra.

Habitat paſſim.

97. SEXPUNCTATA, Sechspunctirter Sonnenkäfer.

Coccinella *Sexpunctata* coleoptris fulvis, punctis nigris ſex. *Lin. S. N. gen.* 198. *ſp.* 12.
Sechspunct. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 150.

Menſurae. Longitudo $1\frac{3}{4}$ lin.
Latitudo $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Thorax niger, nitidus, baſi marginibusque flavis; in medio ex baſeos flavedine ſtria flava acuta introrſum porrigitur, ad cujus latus utrumque punctum flavum. Frons flava; occiput, oculique nigri. *Elytra* fulva; punctis tribus nigris; quorum poſtremum minimum, ſaepe etiam plane abeſt. Elytra ad angulum internum baſeos laete flava.

Diver-

Diverſa a Linneano ſpecimine videtur haec noſtra coccinella.

98. SEPTEMPUNCTATA, Siebenpunctirter Sonnenkäfer.

Coccinella *ſeptempunctata*, coleoptris rubris, punctis nigris ſeptem. *Lin. S. N. gen.* 198. *ſp.* 15.

Lin. faun. ſuec. n. 477.
Pod. muſ. graec. p. 24.

Coccinella ſeptempunctata. *Scop. carn. n.* 235.

Der runde Blattkäfer der größern Art. *Friſch. Inſ. Deut. part. IV. p.* 1. §. 1.

La coccinelle rouge à ſept points noirs. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 321.

Siebenpunct. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 151.

Menſurae. Longitudo $3\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo $2\frac{3}{4}$ —

Deſcr. Thorax ater, nitidiſſimus, ad angulum baſeos utrumque macula alba. *Elytra* rubra; ſingula punctis tribus, & uno communi inſignia; haec puncta ita locata ſunt: punctum utrique elytro commune unum; in diſco elytri, ac fere in medio par punctorum; & verſus apicem unum ſolitarium.

Habitat paſſim.

99. OBVERSEPUNCTATA, Umgekehrtpunctirter Sonnenkäfer.

Coccinella thorace nigro, margine punctisque duobus flavis; elytris rubris, punctis ſeptem nigris.

Menſurae. Longitudo elytri $1\frac{1}{2}$ lin.

Descr. Thorax niger, basi, margineque utroque, nec non linea longitudinali in medio, & utrinque puncto, flavis. Caput nigrum, fronte antennisque flavis. *Elytra* rubra, ad angulum Scutelli flavicant, habentque punctum commune nigrum; aliud punctum nigrum est prope basin singuli elytri, & duo sub medium.

Habitat in Austria.

100. NOVEMPUNCTATA, Neunpunctirter Sonnenkäfer.

Coccinella *novempunctata*, coleoptris rubris, punctis nigris novem. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 16.

Lin. faun. su. n. 478.

Coccinella novempunctata. *Scop. carn. n.* 236.

La coccinelle rouge à neufpoints noirs. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 323.

Neunpunct. *Müll. Lin. Naturf. Cl. V. part.* 1. *p.* 152.

Desc. Thorax, caput, & magnitudo prioris; *elytra* rubra ad angulum scutelli flavicant, ubi etiam punctum commune nigrum. Prope basin singuli elytri punctum minutum nigrum, & tria in trianguli formam disposita, ultra medium; majora.

Habitat in plantis.

101. UNDECIMPUNCTATA, Eilfpunctirter Sonnenkäfer.

Coccinella coleoptris rubris, punctis nigris undecim.

Descr. Magnitudo, *Thorax*, Caput, habitusque prioris. *Elytra* rubra ad angulum scutelli flavicant, post quem majusculo puncto communi nigro notantur.

tantur. Praeterea citra medium ſinguli elytri puncta minuta duo nigra, ultra medium duo majora; ac tandem unum Solitarium, quod jam majuſculum, jam minutum eſt.

Habitat in Salice triandra.

Lecta Lincii.

Scholion. Qui ſpeciem praeſentem cum priori & coccinellis *Sexpunctata* ac *obverſepunctata* eandem exiſtimat, vix erraverit.

162. TREDECIMPUNCTATA, Dreyzehnpunctirter Sonnenkäfer.

Coccinella coleoptris rubris flaviſve, punctis nigris tredecim.

Coccinella tredecimpunctata. *Lin.* S. *N. gen.* 198. *ſp.* 20.

Lin. faun. ſuec. n. 481.
Scop. carn. n. 238.

La Coccinelle rouge à treize points noirs, et corcelet rouge à bande. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 324.

Dreyzehnpunct. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 153.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{3}$ lin.
elytri 2 —
Latitudo inſecti $1\frac{2}{3}$ —

Deſc. Atra. *Thorax* aternitidus, baſi, marginibusque flavis. *Elytra* cinnabarina; nigro-maculata; macula prima communis in baſi triangularis; tum cuivis elytro maculae duae magnae, & una minuta pone marginem exteriorem ſita; tum iterum maculae duae magnae, quae ſaepe confluunt; tum una ſolitaria majuſcula.

ß. Varietas. *Thorace* marginibus baſique rubris; in rubedine marginum punctum nigrum nitens. In

elytris punctum triangulare baſeos non coalitum, ſed tria diſtincta, quorum primum commune, reliqua ſingula in ſingulis elytris.

Habitat in Salice triandra.

Lecta Viennae 28. April. 1775.

103. SIMILIS, Aehnlicher Sonnenkäfer.

Coccinella thorace nigro, margine punctisque duobus fluvis; elytris rubris, punctis tredecim nigris.

Deſcr. Per omnia eadem cum coccinella *Sexpunctata*, niſi quod puncta tredecim: unum commune, & ſex alia in ſingulis elytris hoc ordine:

1 — majus
2 — minus unum, majus alterum.
2 — minora.
1 — majus.

Habitat Viennae.

104. QUATUORDECIMPUNCTATA, Vierzehnpunctirter Sonnenkäfer.

Coccinella *quatuordecimpunctata*. coleoptris flavis, punctis nigris quatuordecim, quibusdam contiguis. *Lin. S. N. gen.* 198. *ſp.* 21.

Lin. faun. ſuec. n. 482.
Pod. graec. p. 25.
Friſch. Inſ. Deut. part. 9. *tab.* 17. *f.* 4. 5.

Menſurae. Longitudo 1⅔ lin.
Latitudo 1⅓ —

Deſcr. Tota flava, etiam pedibus, abdomen nigrum; oculi nigri. *Thorax* flavus; punctis quatuor nigris transverſis, & duobus ramis fuſcis ab ejus apice introrſum protenſis. *Elytra* flava, punctis qua-

quatuordecim nigris, parallelogrammis, hoc ordine: 3, 3, 1.

Habitat paſſim in arbuſtis.

105. Ocellata, Argusſonnenkäfer.

Coccinella coleoptris luteis rubrisve; punctis nigris, iride alba aut flava cinctis, quindecim.

Coccinella ocellata. *Lin. S. N. gen.* 198. *ſp.* 23.

Lin. faun. ſuec. n. 484.

Pod. muſ. graec. p. 25.

La Coccinelle Argus: *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 325.

Argus. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 154.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$3\frac{1}{4}$	lin.
elytri.	3	—
Latitudo inſecti	3	—

Deſcr. Nigra. *Thorax* niger, margine utroque flavo, cum puncto nigro in ipſo margine; baſi flava, anguſta faſcia; apice prope elytra puncta duo flava. Caput nigrum; ſcabrum, ſed ad thoracem inter oculos duabus maculis flavis notatum. *Elytra* rubra, margine laterali nigro, & punctis quindecim nigris, nempe ad baſin uno communi, tum in ſingulo elytro Septem; omnia flavo circulo cinguntur, ſed hi circuli in mortua fere evaneſcunt.

Lecta 22. Julii in Kagran prope Viennam.

106. Sedecimpunctata, Sechzehnpunctirter Sonnenkäfer.

Coccinella coleoptris flavis rubrisve, punctis nigris tredecim, duobus didymis.

Coccinella sedecimpunctata. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 22.

Lin. faun. suec. n. 483.

Scop. entom. carn. n. 240.

Sechzehnpunct. *Müller Lin. Nat. Cl. V. p.* 154.

Mensurae. Longitudo $1\frac{2}{3}$ lin.
Latitudo $1\frac{1}{2}$ —

Descr. Subtus nigra; pedes rufi. *Thorax* flavus, punctis septem nigris transversis; nempe quatuor anterioribus, quorum intermedia oblonga, & tribus posterioribus. *Elytra* rubra, in singulis maculae subquadratae septem, omnes fere angulis connexae; earum una ex duabus coalescit, hinc 16. numero. Margo interior niger.

Habitat Lincii.

107. VIGINTIDUOPUNCTATA, Zwey und zwanzigpunktirter Sonnenkäfer.

Coccinnella *vigintiduopunctata*, coleoptris flavis, punctis nigris viginti duobus. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 26.

Lin. faun. su. n. 486.

Coccinelle jaune sans suture. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 329.

Zwey und zwanziger. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 154.

Mensurae. Longitudo fere. 2 lin.
Latitudo $1\frac{1}{2}$ —

Descr. Tota sulphurea, etiam pedibus; abdomine nigro. *Thorax* flavus, punctis quinque nigris, nempe tribus posterioribus & tribus anterioribus. Elytra flava, punctis in singulo undecim hoc ordine 3, 3, 3, 1: His accedit in secundo punctorum ordine unum minutissi-

tissimum in ipso margine exteriori situm, quod undecimum cujusvis elytri punctorum numerum complet.

Habitat Lincii.

108. VIGINTIQUATUORPUNCTATA. Vier und zwanzigpunktirter Sonnenkäfer.

Coccinella *vigintiquatuorpunctata*, coleoptris rubris punctis nigris viginti quatuor. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 28.
Lin. faun. su. n. 487.

Coccinella vigintiquatuorpunctata. *Scop. carn. n.* 239.

La coccinelle rayée. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 326. *n.* 11.

Mensurae. Long. a cap. ad an.	$1\frac{7}{8}$ lin.
elytri	$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti	$1\frac{1}{2}$ —
unius elytri	1 —

Descr. Tota rubicunda. *Thorax* caputque obscurius; abdomen subtus fuscum, thorax medio macula, oculique nigri coloris. *Elytra* rubra, singula punctis duodecim nigris, nempe tribus dissitis in basi tum quatuor intermediis duobus connexis; dein tribus disjunctis; ac denique in apice duobus vix disjunctis.

Habitat inter Aphides in fruticibus.

109. CONGLOBATA, Sonnenkäfer mit der Grießbecke.

Coccinella *conglobata*, coleoptris rubris, punctis nigris plurimis subcontiguis. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 30.
Lin. faun. suec. n. 489.

Coccinelle à bordure. *Geoffr. paris part.* 1. *p.* 326.

Grießbecke. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 157.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{2}$ —
elytri $\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Thorax niger marginibus lateralibus flavis. *Elytra* plerumque in vivo roſea; punctis in ſingulo octo nigris, quorum par primum ſuturae propius, par ſecundum margini exteriori, unum iterum interiori, & par tertium exteriori, ac punctum denique ultimum iterum margini interiori adjacet. Puncta haec & in altera elytri pagina conſpiciuntur. Sutura longitudinalis elytrorum nigra, quod Linnaeus in priore Faunae ſuecicae editione in nomine: in poſteriori in deſcriptione poſuit. Corpus nigrum. Caput fuſcum, oculis nigris, Pedes teſtacei.

Habitat ad arbores.

Victus, qui congenerum: Aphides.

110. CONGLOMERATA. Sonnenkäfer mit der Hirſendecke.

Coccinella *conglomerata*, coleoptris flavis, rubrisve, punctis nigris copioſis contiguis, ſubquadratis. *Lin. S. N. gen.* 198. *ſp.* 31.

Lin. faun. ſu. n. 490.

Friſch. Inſ. Deut. part. 9. *tab.* 17. *f.* 45.

Hirſendecke. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 157.

Menſurae. Longitudo 2 lin.
Latitudo $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Nigra. *Thorax* niger, baſi flava denticulos quatuor introrſum emittente. *Elytra* rubra punctis copioſis (12) contiguis, ſubquadratis; nigris.

Habitat paſſim.

** *Cole-*

** *Coleoptris rubris flavisve albo maculatis.*

111. DUODECIMGUTTATA, Zwölftropfigter Sonnenkäfer.

Coccinella elytris flavis, punctis duod. albis.

Coccinella duodecimguttata. *Pod. mus. gr. p.* 25.

Mensurae. Longitudo 1½ lin.
Latitudo. 1 —

Descr. Tota lutea; oculi atri. *Thorax* luteus, margine utroque albo; ita diaphanus, ut oculi nigri, si caput intra thoracem retrahatur, transluceant. *Elytra* lutea, in singulo maculae sex lacteae hoc ordine: 2; 1; 2; 1.

Habitat in fagis Dornbacensibus.

Lecta 3. Junii.

112. QUATUORDECIMGUTTATA, Vierzehntropfigter Sonnenkäfer.

Coccinella coleoptris flavis rubrisve, punctis quatuordecim albis.

Coccinella quatuordecimguttata. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 34.

Lin. faun. suec. n. 492.
Pod. mus. graec. p. 25.
Scop. carn. n. 248.

Mensurae. Longitudo 2 lin.
Latitudo 1½ —

Descr. Tota flava, oculis nigris. *Thorax* flavus; utrinque ad angulos apicis macula alba. Elytra flava, singula maculis septem albis hoc ordine: 1; 3; 2; 1.

Habitat passim in plantis.

113. AB-

113. OBLONGOGUTTATA. Langtropfigter Sonnenkäfer.

Coccinella coleoptris rubris flaviſve; lineis punctisque albis.

Coccinella oblongoguttata. *Lin. S. N. gen.* 198. *ſp.* 38.

Lin. faun. ſuec. n. 496.

Langtropf. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. p.* 159.

Menſurae. Long. a cap. ad an. $3\frac{1}{4}$ lin.
elytri $2\frac{1}{3}$ —
Latitudo inſecti 2 —

Deſcr. Subtus fuſca, colore cimicis lectularii; oculi nigri; cœtera fulva. *Thorax* fulvus, marginibus late pallido — flavis. Elytra fulva, maculis pallide flavis, plerisque oblongis linciformibus. Earum una ad angulum ſcutelli; altera fere in medio; dein aliae aliae duae, & hae oblongae; margo ipſe exterior maculis concolor.

Habitat Lincii.

114. OBLITTERATA, Abgenutzter Sonnenkäfer.

Coccinella *oblitterata*, coleoptris flavis, punctis quatuor rufis, anticis obſoletis.

Lin. S. N. gen. 198. *ſp.* 39.
Lin. faun. ſuec. n. 497.

Wiſchtropf. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 159.

Menſurae. Longitudo elytri. $1\frac{1}{2}$ lin.

Deſcr. Thorax & caput nigra; thorax margine & baſi pallidiore. *Elytra* fulva, fingula maculis tribus, quatuorve albis obſoletis.

Habitat Viennae.

*** *Cole-*

**** Coleoptris nigris, maculis rubris.*

115. BIPUSTULATA. Zweyfleckigter Sonnenkäfer.

Coccinella *bipuſtulata*, coleoptris nigris, punctis rubris duobus, abdomine ſanguineo. *Lin. S. N. gen.* 198. *ſp.* 42.
Lin. faun. ſuec. n. 198.

La Coccinelle tortue à bande rouge. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 334. *ſp.* 26.

Zweyfleck. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 160.

Menſurae. Longitudo 1½ lin.
Latitudo 1½ —

Deſcr. Tota atra, nitida. *Thorax* totus ater, nitidus. Caput rubrum oculis nigris. Elytra atra, in ſingulis circa medium puncta tria transverſim poſita coccinea, plerumque confluentia. Alae abdomenque ſupra totum infra ad marginem & apicem, coccinea.

Habitat ſub corticibus arborum, ubi fortepoduris veſcitur.

116. AUSTRIACA, Oeſterreichiſcher Sonnenkäfer.

Coccinella *auſtriaca*, nigra; elytris faſcia roſea abrupta. Beyträge zur Naturgeſ. *p.* 62.

La coccinelle velue à bande interrompue. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 333. *ſp.* 23.

Menſurae. Longitudo 1⅓ lin.
Latitudo 1⅔

Deſcr. Nigra, nitida. *Thorax* niger, lateribus pallide rubris. Caput nigrum fronte rubra. *Elytra* nigra, tenuiſſime punctata. Baſi a margine exteriori introrſum macula procedit in modum faſciae, quae

quae tamen marginem interiorem minime attingit. Abdomen nigrum, lateribus rubrum. Pedes rubri.

Habitat teste Geoffroy in arboribus inter Aphides, quod congeneres credibile faciunt.

Lecta Lincii

ß. Varietas.

Coccinella quadrimaculata. *Scop. carn. n.* 250.

Desc. Thorax niger. lateribus, basique flavis. Caput fronte flava, oculis nigris. *Elytra* fusca, tenuissime punctata. Basi a margine exteriore introrsum macula procedit in modum fasciae, quae tamen marginem interiorem non attingit. Abdomen fuscum. Pedes flavi.

Lecta in Pratter 4. Junii.

Ergo sola incompleta evolutione diversa a priore. Omnia enim insecta atra, si nimis cito a peracta evolutione occidantur, fusca manent.

Differt tamen a Scopolino exemplari defectu alterius maculae infra medium positae, & pedibus flavis.

117. QUADRIPUSTULATA, Vierfleckigter Sonnenkäfer.

Coccinella *quadripustulata*, coleoptris nigris, punctis rubris quatuor, interioribus longioribus. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 44. *Lin. faun. suec. n.* 499.

La coccinelle tortue, à quatre points rouges. *Geoffr. Paris. part.* 1. *p.* 333. *sp.* 25.

Vierfleck. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 161.

Mensurae.		
Long. a cap. ad an.	$1\frac{1}{2}$	lin.
elytri	$1\frac{1}{4}$	—
Latitudo insecti	$1\frac{1}{2}$	—

Descr. Nigra. *Thorax* ater, immaculatus. *Elytra*, atra, nitida; maculis in singulis duabus sanguineis, una

una prope basin reniformi; altera in medio prope marginem interiorem rotunda minori. Anus, tibiaeque anticae rubri coloris.

Habitat In urtica, rubo, aliisque plantis.

118. MINUTISSIMA, Kleinster Sonnenkäfer.

Coccinella coleoptris nigris, maculis duabus, apicibusque rubris.

La coccinelle velue à bandes. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 332.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
elytri $\frac{2}{3}$ —
Latitudo insecti $\frac{2}{3}$ —

Descr. Corpus totum aterrimum, ut byssus atra, tomentosulum. Frons rubra. *Thorax* ater, latere utroque macula rubra notatus. *Elytra* atra, maculis duabus rubris, colore sanguinis concreti, apicibusque similiter coloratis. Maculae elytrorum faciam formare videntur, quod latiusculae sint. Pedes ex rubro nigri.

Habitat in Pyro Malo.

Lecta Viennae 30. April.

119. SEXPUSTULATA, Sechsfleckigter Sonnenkäfer.

Coccinella *sexpustulata*, coleoptris nigris, punctis rubris sex. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 44.

Lin. faun. suec. n. 500.

Coccinella sexpustulata. *Scop. carn. n.* 245.
Pod. mus. gr. p. 25. *n.* 9.

Coccinelle noire à points rouges. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 331.

Sechsfleck. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 161.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{4}$ lin.
elytri $1\frac{3}{4}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Tota nigra, nitida. *Thorax* ater, immaculatus, nitidus. *Elytra* atra, nitida tenuiſſime punctata: ſingula maculis tribus coccineis notata; earum prima magna ad baſin marginis exterioris, altera in medio elytri ad marginem interiorem, tertia ad apicem margini exteriori proprior. Pedes, caput, & ſubtus tota atra.

β. *Varietas* 1. *Thorace* atro, margine utroque flavo. Reliqua ut in priore.

γ. *Varietas* 2. *Thorace* toto atro, *elytris* quadrimaculatis.
Differt defectu maculae apicis, cœterum primae ſimillima.

δ. *Varietas* 3. *Thorace* atro, marginibus tenuiſſime flavis; *elytris* quadrimaculatis.
Differt a priori ſolo extimo reflexo margine flavo.

120. DECEMPUSTULATA, zehnfleckigter Sonnenkäfer.

Coccinella *decempuſtulata*, coleoptris nigris, punctis fulvis decem. *Lin. S. N. gen.* 198. *ſp.* 45.
Lin. faun. ſu. n. 501.
Zehnfleck. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 161.

Menſurae. Longitudo $2\frac{1}{4}$ lin.
Latitudo $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Thorax flavus; maculis quinque nigris in ſemicirculum poſitis, cujus concava pars anum reſpicit; unico in centro. *Elytra* nigra nitida, maculis in ſingulo quinque cinnabarinis hoc ordine: duae magnae reniformes ad baſin, quae concavam par-

par

tem sibi invicem obvertunt; duae rotundae in medio; & una solitaria in apice. Pedes rubri, corpus nigrum. *Habitat* passim, sed rarior.

**** *Coleoptris nigris, flavo-maculatis.*

121. TIGRINA, Getiegerter Sonnenkäfer.

Coccinella *tigrina*, coleoptris nigris, punctis albidis viginti. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 49. *Lin. faun. suec. n.* 505.

Tieger. *Müll. Lin. Nat. Cl. V, p.* 162.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
elytri $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti 2 —

Descr. Thorax niger, ad utrumque marginem macula reniformi flava, quae cancavam partem sibi invicem obvertunt; maculis duabus itidem flavis ad apicem, & una ad basin. *Elytra* nigra, singula flavis decem maculis notata hoc ordine: 1; 2: 1; 3; 2; 1. Caput flavum, pedes fulvi, abdomen nigrum.

Habitat Lincii.

122. QUATUORDECIMPUSTULATA, Vierzehnfleckigter Sonnenkäfer.

Coccinella quatuordecimpustulata, coleoptris nigris, punctis flavis quatuordecim. *Lin. S. N. gen.* 198. *sp.* 46. *Lin. faun. suec. n.* 502.

Coccinella quatuordecimpustulata. *Scop. carn. n.* 246.

Coccinella quatuordecimmaculata. *Pod. mus. gr. p.* 26.

La coccinelle noire à 14 points jaunes. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 330.

Vierzehnfleck. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 161.

Menſurae. Longitudo $1\frac{1}{4}$ lin.

Deſcr. Thorax niger, nitidus, baſi late flava, denticulos quatuor flavos introrſum emittente. *Elytra* nigra, nitida, tenuiſſime punctata, maculis in ſingulo ſeptem flavis hoc ordine: 2; 2; 2; 1. Caput pedesque flava; abdomen nigrum.

Habitat Viennae in paſcuis.

CHRYSOMELA, Goldhähnchen.

123. Populi, Papelgoldhähnchen.

Chryſomela *Populi* ovata, thorace coeruleſcente, elytris rubris, apice nigris. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 30.
Lin. faun. ſuec. n. 523.
Coccinella Populi. *Scop. carn. n.* 228.
Chryſomela polita. *Pod. mus. gr. p.* 27.
La grande Chryſomole à corcelet bleu. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 256.
Papelnfreſſer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 173.

Menſurae. Longit. elytri $3\frac{2}{3}$ lin.
Latitudo elytri 2 —

Habitat in Salice, Populo.

124. Polita, Spiegelndes Goldhähnchen.

Chryſomela *polita*, ovata, thorace aurato elytris rubris. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 27.
Lin. faun. ſuec. n. 522.
Chryſomela polita. *Scop. carn. n.* 229.
La Chryſomele rouge à corcelet doré. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 257.

Spie-

Spiegelrücken. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 172.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
elytri $2\frac{1}{3}$ —
Latitudo inſecti $2\frac{1}{3}$ —

Lecta in Carduo. Viennae, 4. Julii.

ß. Varietas.
Alis fuſcis.

An varietas Chryſomelae *Populi* haec ſpecies, ut putat Geoffroy?

125. LINNAEANA, Linnäiſches Goldhähnchen.

Chryſomela ovata nigra; thorace utrinque puncto, elytrisque rubris.

Menſurae. Long. a cap. ad an. 3 lin.
elytri 2 —

Deſcr. Statura prioris. Caput, thorax, femora, abdomen nigra. Antennae, tibiae, elytra rubra. Defuncto inſecto elytra colorem eleganter rubrum in luridum mutant. Thoraci quoque maculae duae ſanguineae inſident, permanentes, una ad quemvis marginum exteriorum prope baſin.

Cum Chryſomela *Viminali* non confundenda.

Habitat Lincii.

126. VULGATISSIMA, Gemeinſtes Goldhähnchen.

Chryſomela *vulgatiſſima*, oblongoovata, coerulea, antennis baſi ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 22.
Lin. faun. ſuec. n. 517.
Coccinella vulgatiſſima. *Scop. carn. n.* 222.
Blauflügel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 171.

Menſurae.

Long. a cap. ad an.	$3\frac{1}{2}$	; *in alia*,	$4\frac{1}{2}$	; *in alia*,	4	lin.
elytri	$2\frac{1}{2}$	; —	$3\frac{1}{2}$	; —	3	—
Latitudo inſecti	2	; —	$3\frac{1}{3}$	; —	$2\frac{1}{2}$	—

Habitat in populo alba.

Lecta in Pratter 4. Junii; alibi alias.

127. BULGARENSIS, Bulgariſches Goldhähnchen.

Chryſomela ovata nigra; elytris nigro-æneis punctatis; unguiculis rubris.

Menſurae. Longit. a capit. ad an. 4 lin.
elytri 3 —
antennae $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti 2 —

Deſcr. Nigra; ſed abdomen certo ſitu viſum viridi nitet. Antennarum primus, & ſecundus articulus ſubtus rubri, antennae ipſae filiformes. Thorax marginatus. Elytra nigro- viridi- aenea punctata quae puncta ſatis profunda lineas decem conſtituunt. Pedum unguiculi rubri.

Habitat in Bulgaria Auſtriae ſuperioris.

128. ERYTHROPTERA, Rothgeflügeltes Goldhähnchen.

Chryſomela tota nigra, alis rubris.

La Chryſomele noire à ailes ruges. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 259.

Menſurae. Long. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
elytri $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti $2\frac{1}{5}$ —

Deſcr. Ovata; atra, vix nitens, punctis impreſſis, inordinate digeſtis, copioſis obſita. Thorax minus punctatus, nec tamen nitens. Antennae baſi rubro-

bro - fuſcae. Pedes ex nigro violacei, Alae laete coccineae.

Habitat in Auſtria.

129. STAPHILEA, Pimpernußgoldhähnchen.

Chryſomela Staphilea, ovata, obſcure teſtacea tota. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 26. *Lin. faun. ſuec. n.* 518.

Pimpernüßchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 172.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	4 lin. fere.
elytri	3 —
Latitudo inſecti	$2\frac{1}{2}$ —

Habitat Lincii.

130. VIRIDICOLLIS. Grünhalſigtes Goldhähnchen.

Chryſomela ovata, coerulea, thorace viridi: baſi apiceque coeruleo.

Menſurae. Longitudo a cap. ad an.	$3\frac{3}{4}$ lin.
elytri	3 —
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Thorax marginatus viridis, baſi apiceque coeruleus. Elytra coerulea, inordinate punctata. Lineis impreſſis obſoletis. Antennae ſenſim craſſiores nigrae, in medio rubrae. Subtus violacea. Pedes nigri.

Habitat in Auſtria.

131. AENEA, Goldhähnchen mit dem Meßingglanze.

Chryſomela *aenea*, ovata, viridis, nitida, abdomine poſtice ferrugineo. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 8.

Lin. faun. ſuec. n. 510.

Kupferhähnchen. *Müll. Lin. Naturf. Cl. V. p.* 167.

Mensurae.	Long. a cap. ad an.	4 lin.
	elytri	3 —
	Latitudo insecti	2 —

Habitat Lincii.

Obs. In thorace puncta duo majora excavata.

132. Graminis, Grasgoldhähnchen.

Chrysomela *graminis*, ovata, viridi-coerulea nitida, antennis pedibusque concoloribus. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 7. *Lin. faun. suec. n.* 509.

Chrysomela graminis. *Pod. mus. graec. p.* 26.

Coccinella graminis. *Scop. carn. n.* 220.

Le grand vertu bleu. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 260.

Grashähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 167.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	$4\frac{1}{3}$ lin.
	elytri	$3\frac{1}{4}$ —
	Latitudo insecti	$2\frac{1}{4}$ —

Habitat passim in pratis.

133. Sanguinolenta, Bluthähnchen.

Chrysomela *sanguinea*, ovata nigra, elytris margine sanguineis. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 38. *Lin. faun. suec. n.* 529.

Bupreſtis sanguinolenta. *Scop. carn. n.* 203.

La Chrysomele noire à bordure rouge. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 259.

Bluthähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 176.

Habitat passim, sed rarior.

134. Bo-

134. Boleti, Löcherschwammhähnchen.

Chrysomela *Boleti*, ovata nigra; elytris fasciis tribus flavis repandis. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 36.
Lin. faun. suec. n. 527.
Coccinella fasciata. *Scop. carn. n.* 147.
La diapere. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 337.
Schwammhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 175.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	$3\frac{1}{2}$	lin.
elytri	$1\frac{2}{3}$	—
Latitudo insecti	$2\frac{1}{2}$	—

Habitat in boletis arborum, etiam imago, nec facile nisi diffracto boleto deprehendenda.

Lecta Mense Junio, in montibus ad Willhering Austriae superioris.

135. Vitellina, Dottergoldhähnchen,

Chrysomela ovata, fuscoaenea, nitida.
Chrysomela vitellina. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 23.
Lin. faun. suec. n. 519.
Coccinella vitellinae. *Scop. carn. n.* 224.
Chrysomela menthae. *Beyt. zur Nat. p.* 63. §. 5.
La Chrysomele briquetée. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 263.
Eyerdotter. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 171.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{2}$	lin.
Latitudo insecti	$1\frac{1}{2}$	—

Obs. Synonymum Linnaeanum adeoque & Müllerianum fide Cl. Scopoli huc refero; quis enim secus putet a Linnaeo nostram Chrysomelam describi, quam *viridicoeruleam* esse dicit in Systemate, etsi eam in Fauna rectius descripserit, infelici erroris non commissi correctione.

Habitat gregaria in salicibus teste Linnaeo: nos eam semper solitariam in mentha aquatica vidimus.

135. VIENNENSIS, Wienerisches Goldhähnchen.

Chrysomela ovata, viridis nitida, tibiis rufis; ore antennisque nigris.

Mensurae. Longit.	a cap. ad an.	2⅔ lin.
	elytri	2 —
	thoracis	⅔ —
	antennae	1 —

Descr. Tibiae a medio, tarsique rufi coloris, antennae nigrae sensim crassiores. Thorax tenuissime, magis conspicue elytra punctata.

Locus Viennae 28. April.

ß. Varietas.

Differt colore coeruleo.

Locus Lincii in Salice.

137. VIGINTIPUNCTATA, Langlichtpunctirtes Goldhähnchen.

Chrysomela nigro-aenea, elytris flavis, punctis viginti nigris oblongis.

Coccinella vigintipunctata. *Scop. carn. n.* 242.

Mensurae. Long.	a cap. ad anum	3½ lin.
	elytri	3 —
	Latitudo insecti	2 —

Descr. Nigroaenea, abdomine flavescente. Thoracis margine flavo; elytris flavis, maculisque oblongis in singulo elytro decem nigris. Antennarum articulis tribus exterioribus crassioribus; pedibus subfuscis, femoribus aeneo-nigris.

Habitat Lincii.

138. De-

138. DECEMPUNCTATA, Zehnpunctirtes Goldhähnchen.

Chrysomela ovata rubra, elytro singulo maculis quinque nigris.

Chrysomela decempunctata. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 32. β.

La chrysomele rouge à points noirs. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 258.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{3}$	lin.
elytri	2	—
Latitudo insecti	$1\frac{1}{2}$	—

Obs. Ad perfectissimam Geoffroyi descriptionem adnoto, thoracem esse nigrum, margine utroque late rubro.

139. TANACETI, Rheinfarnhähnchen.

Chrysomela ovata, atra, obscura punctata; antennis pedibusque nigris.

Chrysomela Tanaceti. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 33.

Lin. faun. suec. n. 507.

Tenebrio tristis. *Scop. carn. n.* 256.

La galeruque brunette. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 252.

Rheinfarnhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 166.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	4	lin.
elytri	3	—
antennae	$2\frac{1}{2}$	—
Latitudo insecti	2	—

Habitat passim in campis, pratisque apricis. Gravida mirum in modum intumescit.

140. ALNI,

140. Alni, Erlenhähnchen.

Chryſomela *Alni*, ovata violacea, elytris punctis excavatis ſparſis, antennis pedibusque nigris. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 9. *Lin. faun. ſuec. n.* 511.

Chryſomela alni. *Pod. mus. graec. p.* 26. *Scop. carn. n.* 211.

Der blaue Erlenkäfer. *Friſch. Inſ. Deut. part.* 7. *p.* 13.

Erlenfreſſer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 167. *n.* 9.

Menſurae.		
Long. a cap. ad an.	$3\frac{1}{4}$	lin.
elytri	$2\frac{1}{3}$	—
antennae	$1\frac{3}{4}$	—
Latitudo elytri	$1\frac{1}{5}$	—

Deſcr. Inſectum amoene violaceum, nitidum totum; ſolae antennae nigrae; alae ſuliginoſae. Elytra lente inſpecta punctis minutis excavatis ſparſis ſeminata. Lectum ſpecimen quoddam 8. Martii ſub cortice ulmi, in alneto tamen, cum tamen haec ſpecies nonniſi aeſtate occurrat declarata; ergo ibi vel ut declaratum animal, vel ſaltem ut pupa hybernavit.

Habitat paſſim, & copioſa in alno.

141. Collaris, Kragenhähnchen.

Chryſomela *collaris*, ovata violacea thorace marginibus luteo. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 37. *Lin. faun. ſuec. n.* 528.

La melolonthe mouche. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 197.

Kragenträger. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 176.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Oblonga; elytris nitenti coeruleis; thorace nigro coeruleo, lateribus aurantiis, convoluto pedibus fulvis.

Lecta Viennae.

142. POLYGONI, Queckengrashähnchen.

Chryſomela *Polygoni*, ovata, coerulea, thorace, femoribus, anoque rufis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 24.
Lin. faun. ſuec. n. 520.
Chryſomela nitida β. *Pod. muſ. graec. p.* 27.
Bupreſtis Salicina. *Scop. carn. n.* 199.
La melolonthe bleuette. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 197.
Queckengrashähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 172.

Menſ. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$; *in alio* $1\frac{2}{3}$ lin.
Latitudo inſecti $1\frac{1}{3}$ — — $\frac{2}{3}$ —

Habitat paſſim ad ea loca, in quibus creſcit polygonum aviculare.

143. ARMORACIAE, Meerrettichhähnchen.

Chryſomela *armoraciae*, ovata, nigra, nitidiſſima, ſubcoeruleſcens, ſubtus nigra. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 16.
Lin. faun. ſuec. n. 515.
Meerrettichnager. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 169.
Simillima Chryſomelae *Viennenſi*, niſi, quod ſubtus tota nigra. Hinc ejus forte varietas.

Habitat in Cochlearia Armoracia.

144. VRI-

144. TRIDENTATA, Dreyzahniges Goldhähnchen.

Chryſomela ſubcylindrica, thorace coeruleo, viridive aurato; elytris pallide teſtaceis.

Chryſomela tridentata. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 73.

Lin. faun. ſuec. n. 546.

Bupreſtis coeruleſcens. *Scop. carn. n.* 200.

La melolonthe liſette. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 196.

Dreyzahn, *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 186.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$; *in alio* 2 lin.

antennae	$\frac{3}{4}$ — —	$\frac{3}{4}$ —
elytri	$1\frac{3}{4}$ — —	$1\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti	— — —	$\frac{3}{4}$ —

Variat punctulo minuto nigro, prope baſin ſinguli elytri.

Obſ. Scutellum Linnaeus pro dente habuit; dens tamen non eſt, ſed ſeparatum omnino a thorace; viride, uti ille, ut facile thorax apice tridentatus adpareat, cum & anguli externi apicis in dentes protuberent.

Habitat in Rumice Acetoſa, criſpo, & congeneribus copioſa circa foeniſecium, quo tempore nuptias celebrant.

Lecta Viennae ad Döbling, item ad Nuſsdorf, Dombach; etiam in Pratter in aliis plantis, ſed minus copioſa.

145. XANTHOMELAENA, Gelbſchwarzes Goldhähnchen.

Chryſomela ovata nigra, ſupra flava, elytris nigro bilineatis.

La

La galeruque à bandes de l'orme. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 253.

Menſurae in mortua.

Longitudo a cap. ad anum	$2\frac{1}{2}$ lin.
antennae	$1\frac{1}{2}$ —
elytri	2 —
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Subtus nigra; pedes flavi; antennae filiformes nigrae. Caput flavum, in fronte macula nigra; oculi nigri. Thorax flavus, maculis quatuor nigris, quarum una utrinque prope marginem, una in medio, & ſuper hanc alia transverſa. Elytra flava, ſed ſutura nigra, & linea lata longitudinali nigra prope latus externum, item alia breviſſima prope internum. Animal dum vivit, elegantiſſimum, at mortuum vera fluxae pulchritudinis imago.

Habitat in Ulmo.

146. Halensis, Haliſches Goldhähnchen.

Chryſomela *halenſis*, ovata, flava, capite, elytrisque aurato-viridibus, antennis plantisque fuſcis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 20.

Haler. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 170.

Menſurae.	Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{2}$ lin.
	Latitudo inſecti	$1\frac{1}{2}$ vix.

Deſcr. Rufa; antennis filiformibus nigris; occipite viridi aurato nitente. Thorace punctis duobus impreſſis. Elytris coeruleis nitentibus.

Habitat Lincii.

147. Pal-

147. PALLIDA, Blaſſes Goldhähnchen.

Chryſomela *pallida*, ovata, flaveſcens tota, oculis nigris. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 25. *Lin. faun. ſuec. n.* 521.

Weidenhähnchen. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. p.* 172.

Menſurae. Longit. a cap. ad anum 1½ lin.
elytri 1 —

Deſcr. Tota pallido-teſtacea, oculis ſolis nigris.

Habitat paſſim in plantis; in Salice alba.

148. CERASI, Kirſchenhähnchen.

Chryſomela *Ceraſi*, ovata livida, antennarum apicibus, oculisque nigris. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 13. *Lin. faun. ſuec. n.* 570.

Kirſchhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 169.

Menſurae in mortua.

Longitudo a capit. ad anum 1½ lin.
elytri 1½ —

Deſcr. Magnitudo itaque cimicis lectularii quidem, ſed minoris, color quoque idem, ſed in pedibus elytrisque dilutior, in reliquis partibus obſcurior. Oculi nigri.

Habitat in Salice triandra.

Lecta Viennae 28. April.

149. ANALIS, Rothafteriges Goldhähnchen.

Chryſomela *analis*, ovata, atra, elytris fuſcis, margine exteriori teſtaceo. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 42.

Rothafter. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. part.* 1. *p.* 177.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
elytri 1 —
Latitudo inſecti ¼ —

Thorax elytraque coeruleſcentia nitida; thorax punctatus, elytra ſtriatopunctata.

Habitat Viennae, Lincii.

150. MINUTA, Zwerghähnchen.

Chryſomela *minuta*, ovata nigra, elytris, pedibus, thoracisque lateribus griſeis.
Lin. S. N. gen. 199. *ſp.* 50.
Lin. faun. ſuec. n. 533.
Zwerghähnchen, *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 180.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
Latitudo inſecti ⅔ —

Habitat in humidis herboſis; certe pedes ad natandum non inepti.

151. PRUNI, Elzenhähnchen.

Chryſomela *Pruni*, ovata nigra; capite, thorace, elytrorumque apicibus rufis.
Beyträg. zur Nat. p. 63. §. 6.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1⅓ lin.
Latitudo inſecti ⅔ —

Non deſcribo iterum lepidiſſimum inſectum, quod loco citato cum ſua larva ſufficienter deſcripſi.

Habitat in Pruno Pado.

152. DIMIDIATA, Abgetheiltes Goldhähnchen.

Chryſomela ovata nigra, ore, pedibus, elytrorumque baſi rufis.

Menſurae prioris.

Descr. Saltatoriis affinis; sed pedibus simplicibus. Tota nigra, sed pedes, os, elytraque a basi ad medium rufa.

Lecta Viennae 15. Julii.

* *

153. FERRUGINEA, Brandgelbes Goldhähnchen.

Chrysomela Saltatoria tota testacea, oculis nigris.

Chrysomela ferruginea. *Scop. carn. n.* 216.

L'altise fauve à stries. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 250.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	2	lin.
elytri	$1\frac{1}{2}$	—
antennae	$1\frac{1}{3}$	—
Latitudo insecti	$\frac{3}{4}$	—

Desc. Tota pallide testacea, seu lucide castanei coloris, nitida, ovata. Thorace inflexo, uti chrysomelae elongatae. Ad lentem elytra striato punctata. Oculi soli nigri. Femora postica crassiora, quod in Saltatoriis omnibus obtinet, si authoribus fides.

Habitat in plantis variis.

Viennae Augusto Mense vulgaris.

ß. Varietas.

Pedibus omnibus simplicibus.

Ergo pedes postici Saltatorii non constituunt bene familias, quod & Necydalides docent.

154. NEMORUM, Waldhähnchen.

Chrysomela *nemorum*, saltatoria, elytris linea flava, pedibus pallidis. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 62.

Lin. faun. suec. n. 543.

Chry-

Chrysomela nemorum. *Scop. carn. n.* 215.
L'altise à bandes jaunes. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 247.
Waldhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 183.

Mensurae. Long. a cap. ad anum 1 lin.
Latitudo insecti $\frac{1}{4}$ —

Habitat cum sequentibus passim in plantis tetradynamis, & Lactuca sativa.

155. EUPHORBIAE, Wolfsmilchhähnchen.

Chrysomela saltatoria oblonga atra; antennis tibiisque omnibus rufis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $\frac{3}{4}$ lin.
Latitudo insecti vix. $\frac{1}{4}$ —

Descr. Tota atra, nitida, minime aes aurumve inclinans. Elytra impunctata, nec striata. Antennae tibiaeque omnes rufae.

Habitat in Euphorbia Cyparissia.

Lecta Lincii.

156. ATRICILLA, Schwarzkopfhähnchen.

Chrysomela *atricilla*, saltatoria nigra, thorace, elytris, tibiisque testaceis. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 55.
Lin. faun. suec. n. 537.
Chrysomela atricilla. *Scop. carn. n.* 217.
La paillette. *Geoffr. Paris. part.* 1. *p.* 251.
Schwarzköpfchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 182.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin.
elytri 1 —
Latitudo insecti $\frac{3}{4}$ —

Habitat passim in tetradynamis plantis.

157. ALTICA, Altica.

Chryſomela ſaltatoria, nigra, nitens, ſingulo elytro macula, pedibusque rufis.

Menſurae. Long. a cap. ad an. 1½ lin.
elytri 1 —

Deſcr. Frons rufa; oculi nigri; pedes rufi; thorax niger, baſi utrinque in margine exteriore macula rufa. Elytra atra nitida, irregulariter minutiſſime punctata, ſubtiliſſime tomentoſa, ſingula prope baſin puncto rubro.

Habitat Lincii.

158. HELXINES, Buchweizenhähnchen.

Chryſomela *Helxines*, ſaltatoria, viridi-aenea, antennis pedibusque omnibus teſtaceis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 58. *Lin. faun. ſuec. n.* 540.

L'altiſe noire dorée. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 246.

Buchweizenhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 182.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1¼ lin.
elytri 1 —

Habitat in plantis paſſim.

159. OLERACEA, Gemüshähnchen.

Chryſomela *oleracea*, ſaltatoria, vireſcenti-coerulea. *Lin.* S. *N. gen.* 199. *ſp.* 51. *Lin. faun. ſuec. n.* 534.

Chryſomela oleracea. *Scop. carn. n.* 212.

L'altiſe bleue. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 245.

Gartenhüpfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 80.

Men-

Mensurae. Longit. a capite ad an. 1 2/3 lin.
elytri 1 1/2 —
Latitudo insecti 1/2 —

Habitat in oleribus passim.

160. PULEX, Flöhhähnchen.

Chrysomela saltatoria, atra, nitens, antennis, tibiisque rufis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1/4 lin.
elytri 1 —
Latitudo insecti 1/4 —

Descr. Oblonga, tota nigra, nitens; thorace, elytrisque subtilissime at irregulariter punctatis.

Habitat Viennae.

161. HYOSCYAMI, Bilsenhähnchen.

Chrysomela *hyoscyami*, saltatoria, virescenti coerulea, pedibus testaceis, femoribus posticis violaceis. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 54.
Lin. faun. suec. n. 536.
L'altise du choux. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 248.
Bilsenfresser. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 181.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
elytri 2/3 —
Latitudo insecti 1/2 —

Descr. Nigra, virescens, nitida; elytra lineis excavato-punctatis. Tibiarum bases testaceae.

Habitat in Brassicis, uti & pene omnibus plantis tenellis.

162. Fuscicornis, Braunhornhähnchen.

Chryſomela *fuſcicornis*, ſaltatoria coerulea; obovata; capite, thorace pedibusque rufis, antennis fuſcis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 66.

Braunhorn. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 184.

Habitat Lincii; olim a me lecta, nec dein amplius viſa.

163. Nitidula, Glanzhähnchen.

Chryſomela *nitidula*, ſaltatoria, elytris coeruleis; capite, thoraceque aureo, pedibus ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 60. *Lin. faun. ſuec. n.* 542.

L'altiſe rubis. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 249.

Glanzrücken. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 183.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
elytri 1¼ —
Latitudo inſecti ⅔ —

Haec Species, etſi ſaltet, & priores toto habitu referat, a Cl. Scopoli ad Bupreſtes relatum eſt, nomineque Bupreſtis *Chryſocollis* inſignitum; ſed viri Doctiſſimi ſpecimen pedibus omnibus ſimplicibus erat, novo exemplo, pedes ſaltatorios & non ſaltatorios non tantum familias, ſed nec ſpecies recte diſtinguere.

Variat haec ſpecies colore:

α. Thorace viridi-aureo; elytris coeruleis.

β. Thorace cupreo; elytris coeruleis.

γ. Thorace cupreo; elytris viridi-aureis.

δ. Thorace cupreo; elytris aeneo-nigreſcentibus.

164. Qua-

* * *

164. QUADRIPUNCTATA, Vierpunctirtes Goldhähnchen.

Chrysomela *quadripunctata*, cylindrica, thorace nigro, elytris rubris, punctis duobus nigris, antennis brevibus. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 76.

Lin. faun. suec. n. 547.

Bupreſtis quadripunctata. *Scop. carn. n.* 206.

La melclonthe quadrille. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 196.

Schwarzpunct. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 187.

Longit. a cap. ad an.	4;	*in alio*,	$4\frac{1}{3}$;	*in tertio*,	5	lin.
elytri	3;	—	$3\frac{1}{2}$;	—	4	—
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{2}$	—	2	—	$2\frac{1}{3}$	—

Habitat in Pruno Spinoſa.
Lectus Viennae, Tyrnaviae.

165. BIPUNCTATA, Zweypunctirtes Goldhähnchen.

Chrysomela *bipunctata*, cylindrica, thorace nigro nitido, elytris rubris; punctis duobus nigris, antennis longis. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 78.

Lin. faun. suec. n. 548.

Chrysomela bipunctata. *Pod mus. graec. p.* 27.

Le gribouri rouge ſtrié à points noirs. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 235.

Langhorn. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 188.

Menſurae. Longitudo a cap. ad an.	$2\frac{1}{2}$	lin.
elytri	$1\frac{2}{3}$	—
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{3}$	—

Margo omnis elytrorum niger.
Habitat Viennae.

166. Scopolina, Bänderhähnchen.

Chryſomela *ſcopolina*, cylindrica, thorace rufo elytris rufis, faſciis duabus nigris, *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 81.

Bupreſtis unifaſciata. *Scop. carn. n.* 205.

Bänderhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 189.

Menſurae. Longitudo a cap. ad an. $2\frac{1}{5}$ lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{2}$ —

Faſciarum color coeruleus eſt; antennae ſubtus ſerratae, adeoque ad Melolonthas Cl. Geoffroy pertinet.

Habitat in floribus Dauci Carotae.

Lecta Viennae.

167. Sexpunctata, Sechspunctirtes Goldhähnchen.

Chryſomela cylindrica nigra; elytris rubris, nigro-maculatis; pedibus nigris, tibiarum geniculis albo maculatis.

Chryſomela ſexpunctata. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 92.
Lin. faun. ſuec. n. 559.

Bupreſtis quinquepunctata. *Scop. carn. n.* 207.

Le gribouri rouge, ſans ſtries à points noirs. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 235. *ſp.* 7.

Gelenkpunct. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 192.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{3}$ lin.
elytri 2 —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Caput intra thoracem recondit, uti omnes hujus familiae, qui Bupreſtides *Cl. Scopoli*, & Cryptocephali *Cl. Geoffroy*. Characteres ſpecifici ſoliti in

in hac ſpecie inconſtantiſſimi. Thorax plerumque ater, nitidus, maculis tribus ochraceis; quarum una utrinque ad marginem, una in medio, quae plerumque columnae figuram refert capitello baſique inſtructae, inque baſi hujus columnae, quae elytra reſpicit, punctum nigrum. Saepe intermedia haec macula vix tenuiſſima lineola eſt. Abdomen ſubtus atrum. Elytra cinnabarina, omni margine nigro; & maculis quibusdam nigris, in diverſis diverſam figuram habentibus, uti & numero diverſis. Jam in baſi cujusvis elytri duae, & in medio una, latitudine utramque baſeos ſimul aequans; jam & in baſi & in medio maculae duae, interiori ſemper minori, jam praeter has una utrique elytro communis. Unicus fere character in pedibus cubat, qui nigri, genibus candidis.

Habitat in Betula Alno ad Lincium copioſa.

168. Coryli, Haſelhähnchen.

Chryſomela *Coryli*, cylindrica, thorace, elytrisque teſtaceis, pedibus nigris. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 88.

Lin. faun. ſuec. n. 555.

Haſelhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 191.

Menſurae. Longit. a cap. ad anum $2\frac{2}{3}$ lin.
elytri 2 —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{2}$ —

Habitat Viennae.

Obſ. Macula flava ante quemvis oculum, nec color teſtaceus, ſed ruber. Ad *Cryptocephalos* Cl. Geoffroy pertinet, at ei ignota ſpecies.

169. Biguttata, Brandfleckigtes Goldhähnchen.

Chryſomela *ferrugatta*, cylindrica nigra nitida; elytris apice macula lutea; antennis

tennis thorace duplo longioribus. *Beyt. zur Naturg. p. 64. §. 7.*
Chryſomela Moraei β. *Pod. graec. p. 38.*
Bupreſtis biguttata. *Scop. carn. n. 201.*

Menſurae.		
Longitudo a cap. ad an.	$2\frac{1}{2}$	lin.
elytri	$1\frac{2}{3}$	—
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{2}$	—

Et haec ad *Cryptocephalos* Geoffroyanos pertinet.

Habitat Viennae, Lincii in pratis; in culmis gramſnum.

170. MARGINATA, Gerändeltes Goldhähnchen.

Chryſomela *marginata*, ovata, nigro-aenea. elytris margine luteis. *Lin. S. N. gen 199. ſp. 39.*
Lin. faun. ſuec. n. 530.

Menſurae.

Longit. a cap. ad an.	$1\frac{2}{3}$;	*in alia*,	$1\frac{3}{4}$ lin.
elytri	$1\frac{1}{3}$	—	$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	$\frac{2}{3}$	—	$1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Convenit per omnia cum Cryptocephalo 10. apud Geoffroy, ſi hic elytra margine exteriore ad baſin flava poſuiſſet. Fors ille hujus noſtri inſecti varietatem vidit. Color ſemper aterrimus, nitidus, antennae, frons, os, & pedes rufa.

Habitat Viennae.

171. FLAVOGUTTATA, Gelbtropfigtes Goldhähnchen.

Chryſomela ovata atra; thoracis angulo extimo, elytrorum apice, & macula laterali luteis.

Men-

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{3}{4}$ lin.
Latitudo insecti $\frac{2}{3}$ —

Descr. Simillima Chrysomelae *marginatae*, a qua differt sola pictura elytrorum thoracisque. Fronti puncta duo flava insunt. Antennae basi fuliginose flavescunt.

Habitat in hortis.

172. AURITA, Gelbohriges Goldhähnchen.

Chrysomela *aurita*, subcylindrica, nigra, thorace utrinque macula lutea, tibiis flavis. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 75.

Buprestis lunata. *Scop. carn. n.* 204.

Mensurae. Long. a cap. ad an. $1\frac{2}{3}$ lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti 1 —

Descr. Fere cylindrica; habitu cryptocephali. Nigra. Pedes ferruginei; femora primi paris crassiora. Ad marginem exteriorem elytra lineis duabus punctatis, coeterum punctis fere sparsis. Hae notae constantes. Coeterum hae mihi *varietates* visae:

α Thorax basi, marginibusque flavis, medio linea flava, a basi exeunte, sed abrupta. Ad apicem maculis duabus flavis. Elytra apice latius flava, & praeterea margine exteriori, maculisque nonnullis flavis.

β Thorace basi marginibusque flavo, coetera immaculato. Elytris immaculatis.

Habitat in salice viminali.

Lecta Lincii, aestate.

173. HYPOCHÆRIDIS, Habichtskrauthähnchen.

Chrysomela *hypochaeridis*, ovata, aurata, antennis nigris, elytris abbreviatis. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 21.

Lin. faun. suec. n. 516.

Bu-

Buprestis syngenesiae var. 1. *Scop. carn.* n. 193.

Habichtshähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 171.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	$3\frac{1}{2}$ lin.
	elytri	$2\frac{1}{2}$ —
	Latitudo insecti	2 —

Variat:

α. Ex viridi flavescente aureo colore.

β. Viridi colore.

γ. violaceocupreo colore.

Habitat passim in floribus syngenesiis corollis flavis.

174. Sericea, Seidenhähnchen.

Chrysomela *fericea*, cylindrica, thorace coeruleo, elytris pedibusque coeruleis. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 86.
Lin. faun. suec. n. 554.

Chrysomela fericea. *Pod. gr. p.* 27.

Seidenhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 190.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	2 lin.
	elytri	$1\frac{1}{2}$ —
	Latitudo insecti	1 —

Habitat Lincii.

175. Fastuosa, Blaustrichhähnchen.

Chrysomela *fastuosa* ovata, aurata, coleoptris lineis tribus coeruleis. *Lin. S. N. gen.* 199. *sp.* 18.

Coccinella fastuosa. *Scop. entom. carn. n.* 232.

Le petit vertubleu. *Geoffr. paris. part. p.* 261.

Blaustrich. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 170.

Men-

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{3}$ lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti $1\frac{1}{3}$ —

Habitat in Austria. Frequens Viennae in insulis Danubialibus, ubi Parietaria, & Dipsacus, *Virga Pastoris* dictus, intermista crescunt.

Acaro *vegetanti* infestatur.

176. DUBIA, Zweifelhaftes Goldhähnchen.

Chrysomela ovata, aterrima tota, nitens.

Mensurae. Longit a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin. vix.
elytri 1 —
Latitudo insecti $\frac{1}{2}$ —

Descr. Pertinet ad *Buprestes* Scopoli, & *Cryptocephalos* Geoffroyi. Tota aterrima, nitens, sine ullis striis punctisve, etiam vel ad lentem conspicuis. Pedes non saltatorii. Decidat Linnaeus, an non tamen ejus Chrysomela *hemisphærica* sit, cum chrysomelarum saltatoriarum aliquae varient pedibus simplicibus.

* * * *

177. XANTHOPODA, Gelbfüßiges Goldhähnchen.

—Chrysomela oblonga nigra nitida; thorace marginato, pedibus flavis.
Le lupere noir à pattes rouges. *Geoffr. paris. part. 1. p. 231. sp. 2.*

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
elytri $1\frac{2}{3}$ —
antennae 2 —

Descr. Oblonga, similis sequenti, sed major. Atra, nitida; elytra nec striis nec punctis notata. Pedes, inferiores antennarum articuli, palpique lutei.

Habitat Viennae in Amygdalo Persica.

178. FA-

178. Flavipes, Gelbſchenklichtes Goldhähnchen.

Chryſomela *flavipes*, oblonga nigra, thorace pedibusque flavis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 106. Gelbſchenkel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 197. Le Lupere noir à corcelet & pattes rouges. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 231.

Menſurae.		
Longitudo a cap. ad an.	2	lin.
elytri	$1\frac{1}{2}$	—
antennae	$2\frac{2}{3}$	—
Latitudo inſecti	$\frac{2}{3}$	—

Deſcr. Nigra, nitida; thorace anguſtiore, marginato, depreſſo flavo. Pedes flavi, ſed antici toti demta femorum baſi, in reliquis quatuor femorum nigredo latior, & flavedo obſcurior. Elytra nec punctata, nec ſtriata.

Habitat in Amygdalo Perſica.

Lecta Viennae 25. Maji.

179. Melanopa, Mohrenköpfiges Goldhähnchen.

Chryſomela *melanopa*, oblonga, coerulea, thorace, pedibusque rufis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 105.

Lin. faun. ſuec. n. 573.

Schwarzfuß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 197.

Deſcr. Similima priori, ſed elytra coerulea.

Obſ. Mülleri nomen inidoneum & falſum, ortum inde, quod nomen Linnaeanum deduxerit a πᾶς, non ab ἄψ.

* * * * *

180. Clavicornis, Goldhähnchen mit Keulhörnern.

Chryſomela ovata nigra; capite thorace elytris viridi nigreſcentibus; pedibus rufis; antennis capitulo inſtructis.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
elytri $\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $\frac{1}{4}$ —

Deſcr. Caput, Thorax (qui latus eſt, & marginatus & elytrorum longitudine) elytraque viridi-nigreſcentia, ſubtiliſſime punctata, nitida. Subtus tota nigra. Pedes rufi. Antennae fuſcae, inſigni clava inſtructae; uti in *Ciſtellis* Geoffroyi. Caput intra thoracem fere totum retrahit; nec tamen thorax ita globoſus, ut in Cryptocephalis laudati authoris.

Habitat in Auſtria.

* * * * * *

181. VILLOSULA, Weinrebenhähnchen.

Chryſomela thorace cylindrico, nigra; elytris rubris tomentoſis.

Le gribouri de la vigne. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 233.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
elytri $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Tota nigra, demtis ſolis elytris, & rubra antennarum baſi. Thorax cylindricus, elytraque rufo villo hirſutula. Thorax tenuiſſime punctatus; elytra punctato-ſtriata. Alae ſuliginoſae. Pedum tibiae valde tomentoſae.

Habitat in Auſtria.

182. MERDIGERA, Lilgenhähnchen.

Chryſomela *merdigera*, oblonga rubra, thorace cylindrico, utrinque impreſſo. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 97. *Lin. faun. ſuec. n.* 563.

Attel-

Attellabus Lilii. *Scop. entom. carn. n.* 239.
Lilienhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 194.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{3}$ lin.
elytri $2\frac{1}{3}$ — & aliquid amplius.
Latitudo insecti $1\frac{1}{2}$ —

Habitat in floribus Convallariae, Lilii, Hyacinthi, Narcissi.

183. DUODECIMPUNCTATA, Zwölfpunctirtes Goldhähnchen.

Chrysomela *duodecimpunctata*, oblonga, rufa, elytris punctis sex, pectore, pedumque geniculis nigris. *Lin. S. Nat. gen.* 199. *sp.* 110.
Lin. faun. suec. n. 658.

Chrysomela duodecimpunctata. *Pod. mus. gr. p.* 28.

Attellabus duodecimpunctatus. *Scop. carn. n.* 115.

La criocere rouge à points noirs. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 240.

Die Spargelraupe und ihr Käfer. *Frisch Inf. Deut. part.* 13. *p.* 29.

Inländer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 199.

Mensurae. Long. a cap. ad an. $2\frac{1}{4}$ lin.
elytri 2 —
Latitudo elytri $1\frac{1}{3}$ —

Habitat passim in asparago; vulgatissima.

184. QUIN-

184. QUINQUEPUNCTATA, Fünfpunctirtes Goldhähnchen.

Chryſomela oblonga atra; thorace cylindrico elytrisque rubris; ſutura maculisque quatuor nigris.

Menſurae. Longit. a capit. ad an. 3 lin.
elytri 2 —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{4}$ —

Deſc. Tota aterrima; oculi proſtantes. Frons inter oculos ſulco profundo longitudinali. Thorax fulvus ſeu ruber. Elytra fulva, thorace pallidiora, punctato-ſtriata, ſtriis per ſingula decem; puncto minori ad baſin exteriorem, majori ultra medium, nigris, notata. Margo internus niger; ſcutellum nigrum, & poſt hoc ex dilatata marginis nigredine macula magna, utrique elytro communis nigra.

Habitat Lincii.

185. ASPARAGI, Spargelhähnchen.

Chryſomela *aſparagi*, oblonga, thorace rubro: punctis duobus nigris, elytris flavis, cruce, punctisque quatuor nigris.
Lin. S. N. gen. 199. *ſp.* 112.
Lin. faun. ſuec. n. 567.
Attellabus Aſparagi. *Scop. carn. n.* 113.
La criocere porte-croix de l'aſperge. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 241.
Spargelhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 198. non figura, quae Chryſomelae duodecimpunctatae eſt.

Menſurae. Long. a cap. ad an. $2\frac{3}{4}$ lin.
elytri 2 —
Latitudo inſecti 1 —

Habitat in Aſparago, ſed rarior; larva menſe Auguſto conſpicua.

186. CYANELLA, Blaunaſenhähnchen.

„Chryſomela *cyanella*, oblonga coerulea, thorace cylindrico, lateribus gibbis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 104.
Lin. faun. ſuec. n. 572.
La criocere tout bleu. *Geoff. paris. part. p.* 243.
Blaunaſe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 197.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	2 lin. fere.
elytri	$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	$\frac{2}{3}$ — vix.

Habitat Lincii.

* * * * * * * *

187. SULPHUREA, Schwefelhähnchen.

Chryſomela *ſulphurea*, oblonga, flava tota. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 114.
Tenebrio flavus. *Scop. carn. n.* 260.
Le tenebrion jaune. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 352.
Schwefelhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 200.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	4 lin.
elytri	3 —
antennae	$2\frac{1}{2}$ —

Poſtremae hujus diviſionis Chryſomelae toto habitu a Chryſomelis recedunt. Antennae omnibus moniliformes, longae, per totum aequabiles; thorax varius, in aliis marginatus, in aliis teretiuſculus. Coeterum per omnia tales, ut vix occurrat tibi eas ſub Chryſomelis quaerere; & tamen difficulter ſtatuas, ad quod aliud genus releges, & vix characteres conſtantes pro peculiari genere eruas.

Latitudo inſecti	$1\frac{1}{2}$ lin.

Deſcr

Deſcr. Tota ſulphurea, tenebrionis ſtatura, oblonga; thorace marginato, antennis moniliformibus aequalis, per totam longitudinem voluminis, teſtaceis ſive fulvis. Oculi nigri; elytra leviter ſtriata.

Lecta in Oettſcher Monte prope Cellas Marianas, Julio ineunte.

188. CERAMBOIDES, Holzbockähnliches Goldhähnchen.

Chryſomela *ceramboides*, oblonga, nigra, elytris teſtaceis, antennis ſerratis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 117.
Lin. faun. ſuec. n. 576.
Bockhorn. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 201.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	5 lin.
elytri	$3\frac{3}{4}$ —
antennae	$3\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	2 —

Deſcr. Thorax niger, cerambycis habitu, ni thorax undique marginatus obſtaret. Totus, demtis elytris cano pilo tomentoſus. Elytra ſtriata ex punctis, teſtacea, mollia.

Habitat Lincii.

189. HIRTA, Rauhes Goldhähnchen.

Chryſomela *birta*, oblonga villoſa nigra, thorace teretiuſculo, elytris teſtaceis. *Lin. S. N. gen.* 199. *ſp.* 119.
Lin. faun. ſuec. n. 578.
Rauhhähnchen. *Müll. Lin. N. Cl. V. p.* 201.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$3\frac{1}{3}$ lin.
elytri	3 —
Latitudo inſecti	1 —

Descr. Simillima priori; sed differt 1) thorace sub cylindrico; 2) etiam elytris pilo rufo hirtis.

Habitat in Austria.

BRUCHUS, Saamenkäfer.

190. Pisi, Erbsenfresser.

Bruchus *pisi*, elytris griseis, albopunctatis, podice albo, maculis binis nigris. *Lin. S. N. gen.* 201. *sp.* 1.
Curculio piforum. *Lin. Amoenit. Acad.* 3.
Laria falicis. *Scop. carn. n.* 63.
Le mylabre à croix blanche. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 267.
Erbsenfresser. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 206.

Mensurae.	Long. a cap. ad an.	2 lin.
	elytri	$1\frac{1}{3}$ —
	abdominis	$1\frac{1}{2}$ —
	Latitudo insecti	1 —

Descr. Thorax elytraque cinereo fusca Thorax in medio apicis puncto albo notatus; elytra pluribus irrorata; abdomine breviora. Abdomen, qua parte ab elytris abdomine brevioribus deseritur album est, maculasque binas nigras majusculas transversas habet. Femora postica dentata. Caput inclinatum.

Habitat in pisis.

Lectus Viennae in pisis rubris, in singulis singuli. Facile deprehenduntur, si pisa humectentur, & quae intra breviſſimum tempus mollescunt, aut plane foramen ostendunt, certissime corrupta sunt, & inquilinum Bruchum exhibent. Excludi illum ex sua pupa in ipso piso plane necesse est, cum foramine sit major. At pupam probabiliter devorat suam, cum hae exuviae non deprehendantur.

191. Gra-

191. GRANARIUS, Strauchſaamenkäfer.

Bruchus *granarius*, niger; ano albo ſericeo; pedibus anticis fulvis; poſticis dentatis.

Bruchus granarius. *Lin. S. N. gen.* 201. *ſp.* 5.

Curculio atomarius. *Lin. faun. ſuec. n.* 628.

Le Mylabre ſatiné. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 268.

Deſcr. Simillimus Brucho *piſi*, ſed minor, ater. Baſis antennarum, pedesque antici rufi coloris. Puncta duo in thorace, baſis elytrorum, futuraque ad baſin, in ſingulo abdominis ſegmento utrinque punctum, & anus albi coloris. Et anus quidem ſine cruce coerulea. Pedes poſtici ſaltatorii, unidentati.

Habitat in arbuſtis.

192. BETULAE, Birkenblattkräusler.

Bruchus ater totus, femoribus poſticis craſſiſſimis ſaltatoriis non dentatis.

Attellabus Betulae. *Lin. S. N. gen.* 203. *ſp.* 7. *Lin. faun. ſuec. n.* 640.

Curculio Fagi. *Scop. carn. n.* 73.

Blattkräusler. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 245.

Obſ. Cl. Scopoli perperam forte allegavit Syſtema naturae; hinc male Linnaeus, deſcriptione non inſpecta, Curculionem *Fagi* Scopolinum pro ſynonymo ſui Curculionis *Fagi* adſcripſit.

Menſurae. Longit. elytri 1 lin.
Latitudo elytri $\frac{1}{2}$ — vel fere.

Deſcr. Totus ater, omnibus partibus. Elytra ſtriata. Femora poſtica craſſiſſima, at nullo dente notata.

Habitat Lincii in arbuſtis.

193. Curculionoides, Rüßelkäferartiger Saamenkäfer.

Bruchus niger, thorace, elytrisque rubris.
Attellabus curculionoides. *Lin. S. N. gen.* 203. *sp.* 3.
Curculio nitens. *Scop. carn. n.* 72.
Le becmare laque. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 273.
Zwergbaſtard. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 244.

Menſurae. Longit. elytri 1½ lin.
Latitudo elytri 1 —

Habitat in Corylo.

194. Avellanae, Nußkernkäfer.

Bruchus niger, elytris, thorace, pedibusque rubris; genubus nigris.
Attellabus Avellanae. *Lin. S. N. gen.* 203. *sp.* 2.
Curculio collaris. *Scop. carn. n.* 71.
Nußbeißer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 244.

Obſ. Cl. Scopoli male allegat pro ſynonymo ſui Curculionis *Collaris* Linneanum Attellabum *Coryli*; & eodem errore Ill. Linnaeus ſub Attellabo *Coryli* adſcripſit pro Synonymo Curculionem *Collarem* Scopolinum.

CURCULIO, Rüſſelkäfer.

* *Longiroſtres, femoribus ſimplicibus.*

195. Pini, Fichtenrüßelkäfer.

Curculio *pini*, longiroſtris, elytris teſtaceis: faſciis nebuloſis. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 19. *Lin. faun. ſuec. n.* 589.
Fichtenkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 220.

Men-

Menſurae.

Longit. ab apice roſtri ad baſin ejusdem.	1 lin.
ad apicem elytri	$3\frac{1}{2}$ —
elytri ſolius	$2\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{3}$ —

Obſ. Baſin roſtri in curculionibus eam partem ejusdem voco, quae oculis propior; apicem vero os ipſum, roſtrum terminans.

Deſcr. Fuſcus. Thorax puncta duo alba, ſcutellumque album habet. Faſcia elytrorum ferruginea ex maculis ferrugineis conſtat.

Schol. Deſcriptionem in Fauna ſua ſuecica Linnaeus dedit ſub curculione abietis; a quo tamen definitio abhorret. Permiſcuit Linnaeus Pinum cum Abiete, quem errorem ſubinde correxerit, retentis tamen hinc inde prioribus nominibus, ubi alterutrius arboris injecta mentio; hinc errores.

Habitat in Pinu ſylveſtri, Abiete.

196. PULVERULENTUS, Staubiger Rüſſelkäfer.

Curculio longiroſtris, thorace punctis prominulis, elytris transverſim rugoſis.
Curculio pulverulentus. *Scop. carn. n.* 75.

Menſurae. Longit. a baſi roſtri ad an.	$3\frac{1}{4}$ lin.
elytri	$2\frac{1}{2}$ —
roſtri	1 —
Latitudo inſecti	$1\frac{2}{3}$ —

Obſ. Scopolinae deſcriptioni adde elytra punctato-ſtriata. Cum flores continuo frequentet, ita creberrimis flavo-virentibus maculis ex antherarum polline conſperſus adparet, ut facile quis novam ex inſecto ſpeciem conſtitueret, niſi probe inſpiciat.

197. Betulae, Birkenrüſſelkäfer.

Curculio *Betulae*, longiroſtris, thorace, antrorſum ſaepe ſpinoſo, corpore viridi aurato, ſubtus concolore. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 39.

Lin. faun. ſuec. n. 605.

Curculio Betulae. *Pod. mus graec. p.* 29.

Curculio auratus. *Scop. carn. n.* 77.

Le becmare vert. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 270.

Birkenfelder. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 226.

Menſurae.		
Longit. a baſi roſtri ad an.	$2\frac{1}{2}$	lin.
elytri	$1\frac{2}{3}$	—
roſtri	1	—
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{3}$	—

Variat thorace mutico.

Habitat in Betula, Vite.

198. Violaceus, Veilblauer Rüſſelkäfer.

Curculio *violaceus*, longiroſtris, violaceus, proboſcide thoracis longitudine. *Lin. faun. ſuec. n.* 579.

Curculio violaceus. *Pod. mus. graec. p.* 28. *Scop. carn. n.* 78.

Menſurae.		
Long. a baſi roſtri ad an.	$2\frac{1}{2}$	lin.
elytri	2	—
roſtri	1	—
Latitudo inſecti	$1\frac{2}{3}$	—

Deſcr. Totus eleganter caeruleus, etiam pedibus; foliis antennis & roſtri apice, uti & oculis nigris. Caput, thorax, elytra congeſtis prominentibus punctis ſcabra. Roſtrum utrinque ſulcum habet lateralem, qui antenna terminatur. Femora mutica ſunt.

Habi-

Habitat cum priori in vitibus ſub finem Maji folia convolvens, adeoque forte tantum varietate diverſus.

199. BACCHUS, Bacchuskäfer.

Curculio *bacchus*, rubro aureus, villoſulus.
Curculio Bacchus. *Lin. S. N. gen.* 202 *ſp.* 38.
Curculio cupreus. *Pod. mus. graec. p.* 29.

Menſurae priorum.

Differt tantum a Curculione *Betulae* 1) thorace ſemper mutico; 2) colore; 3) pilis, quibus ſat longis toto corpore hirſutus eſt; 4) nigredine roſtri & tibiarum.

Habitat Lincii.

200. ALLIARIAE, Rüſſelkäfer des Knoblauchkrauts.

Curculio *alliariae*, longiroſtris, violaceus totus. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 4.
Lin. faun. ſuec. n. 580.
Curculio icoſandriae. *Scop. carn. n.* 85.
Le becmare bleu a poil. *Geoffr. part.* 1. *p.* 271.
Stengelbohrer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 215.

Menſurae.		
Long. ab baſi roſtri ad an.	1	lin.
elytri	$\frac{3}{4}$	—
roſtri	$\frac{1}{2}$	—
Latitudo inſecti	$\frac{1}{2}$	—

Habitat in Euphorbia.

Villoſulus; roſtrum, antennae, tibiae nigri coloris.

201. VIOLASCENS, Stahlblauer Rüſſelkäfer.

Curculio ater; elytris violaceis, pedibus nigris.

Menſurae. Longit. a baſi roſtri ad an. 1 1/4 lin.
elytri 4/5 —
roſtri 1/2 —

Deſcr. Minus elegans priore, nec fere, niſi elytris violaceus. Cyaneus *Linnaei* eſſet, niſi pedes nigri.

Habitat paſſim.

202. Coerulescens, Blaulichter Rüſſelkäfer.

Curculio obſcure coeruleus; elytro ſingulo decemſtriato, roſtro deflexo.

Curculio coeruleſcens. *Scop. carn. n.* 87.

Menſurae. Longit. a baſi roſtri ad an. 1 1/2 lin.
roſtri 1/3 —
elytri 3/4 —
Latitudo inſecti 2/3 —

Deſcr. Femora mutica, roſtrum tenue longum. Thorax excavato-punctatus, elytra decemſtriata, ſtriis minime punctatis. Color nigro-coeruleo-virideſcens; ſubtus obſcurior, etiam pectore excavato-punctatus.

Habitat circa Viennam.

Lectus Menſe Majo.

203. Rhedi, Rhediſcher Rüſſelkäfer.

Curculio longiroſtris, femoribus ſimplicibus niger; thorace punctis elevatis Scabro, elytris ſtriatis virideſcentibus.

Rhedi opuſc. vol. 1. *tab.* 25. figura noſtri curculionis eſt, ſed valde mala.

Menſurae. Longit. a baſi roſtri ad an. 1 lin.
roſtri 1/3 —
Latitudo inſecti 1/4 —

Deſcr.

Descr. Antennae breves, non fractae, tenue rostrum; thorax punctis prominulis confertis Scaber; elytra striata, striis septem non punctata at inter quasvis duas strias puncta aliquot vix ad lentem visibilia; nonnihil virideſcit insectum, subtus ex toto nigrum.

Habitat in floribus ornithogali minimi.

204. CERASI, Kirſchenrüſſelkäfer.

Curculio longirostris, ovatus, villosus, canus; femoribus simplicibus; elytris striatis.

Curculio cerasi. *Lin. S. N. gen.* 204. *sp.* 11. *Lin. faun. suec. n.* 583. *Scop. carn. n.* 84.

Le charanson Satin-gris. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 288.

Mensurae. Longit. ab oculo ad an. 1½ lin.
elytri 2⅔ —
Rostri ab oculo ad os ¼ —
Latitudo insecti. ½ —

Descr. Ater, punctatus, elytra striis singula 10 non punctatis. Pedes simplices. Insectum totum pilis canis tectum.

Habitat Viennae in Pyro, Malo, Cerasо. Adest cum Convallaria majali.

205. DENTICULATUS, Gezähnelter Rüſſelkäfer.

Curculio longirostris, femoribus simplicibus, ovatus, ater; scutello cano, subtus squammoso cinereſcens.

Le charanson noir à côtes. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 290.

Habitat Lincii.

206. NI-

206. NITIDULUS, Glänzender Rüſſelkäfer.

Curculio longiroſtris, femoribus ſimplicibus; ruſus; capite nigricante; oculis atris.
Le charanſon griſette. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 284.

Menſurae. Longit. ab oculo ad an. 1 1/3 lin.
roſtri ab oculo ad os. 1/3 —
elytri 1/2 —

Deſcr. Ruſus, unicolor, capite obſcuriori, oculis nigris. Pedes ſimplices. Thorax elytraque pilis minutis aureis tecta, hinc inſecto in Sole ſplendor aureus, præſertim in futura.

Locus Viennae in rivulo, in quem forte delapſus fuerat, 18. Mart.

207. GRANARIUS, Schwarzer Kornwurm.

Curculio *granarius*, longiroſtris piceus, thorace punctato, longitudine elytrorum.
Lin. S. N. gen. 202. *ſp.* 16. 7
Lin. faun. ſuec. n. 589.
Curculio granarius. *Scop. carn. n.* 89.
Le charanſon du Bled. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 285.
Schwarzer Kornwurm. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 219.

Menſurae. Longit. a baſi roſtri ad an. 1 1/2 lin.
thoracis 1/3 —
elytri 1/2 —
roſtri 1/2 —

Habitat in frumento diutius aſſervato, negligentium aeque, ac avarorum poena juſtiſſima.

208. PA-

208. PALUSTRIS, Sumpfrüſſelkäfer.

Curculio longiroſtris, pedibus muticis; cinereus; thorace lineis, elytris punctis binis albis.

Curculio paluſtris. *Scop. carn. n.* 104.

Le charanſon à deux points blancs. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 280.

Menſurae. Longit. ab apice roſtri ad an. 7 lin.
roſtri 2 —
elytri 4 —
thoracis 1 —
Latitudo inſecti 2½ —

Deſc. Cinereus totus, ex tomento breviſſimo decumbente. Thorax utrinque linea longitudinali flaveſcente. Elytrum ſingulum in medio notatur puncto albo. Abdomen ſubtus notatur utrinque linea ex punctis ſordide albis, ſenſim minoribus. Quodvis femur ad apicem cingit faſcia albida.

Habitat in ſalice triandra.

Lectus Viennae 28. April.

209. PERICARPIUS, Kerntüſſelkäfer.

Curculio pericarpius, longiroſtris, ſubgloboſus, nebuloſus, coleoptris macula cordata alba. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 31. *Lin. faun. ſuec. n.* 602.

Le charanſon porte-coeur de la ſcrofulaire. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 298.

Kernwächter. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 223.

Deſcr. Magnitudo ſeminis Galeopſidis; macula ad baſin futurae elytrorum quadrata communis. Statura ovata. Roſtrum tenue, longum. Pedes muti.

** *Lon-*

** *Longiroſtres femoribus dentatis.*

210. GERMANUS, Deutſcher Rüßelkäfer.

Curculio germanus, longiroſtris, femoribus ſubdentatis, corpore ovato nigro, punctis teſtaceis adſperſo. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 58.

Le charanſon à corcelet couronné. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 282.

Der Deutſche Rüſſelkäfer. *Müll. Lin. Naturſ. Cl. V. p.* 231.

Friſch. Inſ. Deut. part. 13. *tab.* 26.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	5 lin.
roſtri	$1\frac{1}{2}$ —
thoracis	$1\frac{1}{2}$ —
elytri	$3\frac{1}{4}$ —
Latitudo inſecti	$2\frac{1}{2}$ —
roſtri	$\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Aterrimus, nitens; totus punctulis elevatis ſcaber; elytra non ſtriata. Thorax utrinque punctis duobus & apice prope elytra flavis. Elytra punctis hinc inde minutis, flavis, ſaepe deficientibus. Abdomen ſubtus maculis flavis. Sola femora poſtica punctata. Corpus ovatum.

Habitat Lincii.

Obſ. A curculione Pini plane abſimilis, ſequenti ſimilior.

211. ABIETIS, Tannenrüſſelkäfer.

Curculio longiroſtris, femoribus omnibus dentatis; elytris fuſcis, faſciis duabus linearibus interruptis ferrugineis.

Cur-

Curculio Abietis. *Lin. S. N. gen.* 202. *sp.* 57. *Lin. faun. suec. n.* 615. Definitio, non descriptio, quae habetur num. 589. ejusdem Faunae.

Le charanson tigré. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 292.

Mensurae. Longit.	ad cap.	ad an.	5 lin.
	rostri		$1\frac{1}{2}$ —
	elytri		3 —
	thoracis		$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti			$2\frac{1}{2}$ —
	elytri		$\frac{1}{4}$ —

Variat tamen magnitudine quae subinde ad 6. lineas longitudinis ascendit.

Descr. Fuscus; totus punctis elevatis Scaber. Elytra striata, striis non punctatis, attamen in ipsis striis puncta elevata distantia disponuntur; sunt praeterea eadem elytra aliis etiam punctis elevatis scabra. Thorax maculis quibusdam obsolete ferrugineis; elytra fasciis duabus, tribusve, ex ejusmodi maculis ferrugineis saturatis, quibus aliae interjectae. Fascia thoraci concolor suturam haud attingit. Femora omnia dentata. Tibiae ante tarsos spina crassa sursum reflexa.

Habitat Lincii.

212. Lapathi, Ampferrüsselkäfer.

Curculio *lapathi*, longirostris, albido nigroque varius, muricatus. *Lin. S. Nat. gen.* 202. *20.*

Lin. faun. suec. n. 591.

Curculio resinosus. *carn. n.* 67.

Sauermaul, *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 220.

Men-

Menſ. Longit. a cap. ad an.	$2\frac{3}{4}$;	$3\frac{1}{2}$ lin.
roſtri	$\frac{3}{4}$;	$\frac{1}{2}$ —
elytri	$1\frac{3}{4}$;	$2\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	1 ;	$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Oblongus; roſtrum ſatis tenue, longum, quod pectori amat adſtringere. Totus ſquammis tectus. Thorax niger lateribus albidis, aut in ferrugineum colorem vergentibus, tribus quinqueve notatur quaſi veruccis, quae tamen nihil aliud ſunt, quam erectarum ſquammarum faſciculi. Similes faſciculos in ſeries longitudinales diſpoſitos habent elytra; in quibus etiam puncta conſpiciuntur elegantiſſime rubra, ejus prorſus coloris, cujus ſunt membranacei apices remigum ſecundariorum in Ampelide Garrulo. Sed haec puncta non niſi ad lentem comparent, nec niſi antrorſum inſpecto inſecto. Apices elytrorum late albicant. Femora omnia bidentata.

Linnaeus dentes femorum non obſervavit.

Habitat Lincii.

213. Nucum, Haſelnußſelkäfer.

Curculio, *nucum*, longiroſtris femoribus dentatis, corpore griſeo longitudine roſtri.
Lin. S. N. gen. 202. *ſp.* 59.
Lin. faun. ſuec. n. 616.
Pod. graec. p. 29.
Curculio Nucum. *Scop. carn. n.* 105.
Le charanſon trompete. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 232.
Nußkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 232.

Menſurae. Longit. ad cap. ad an.	$2\frac{2}{3}$	lin.
elytri	2	—
roſtri, *ſi rectum ſit*,	2	—
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{4}$	—

Habitat in nucibus avellanis.

214. Da-

214. DANUBIALIS, Rüſſelkäfer aus den Donauinſeln.

Curculio longiroſtris; femoribus omnibus dentatis; elytris cervinis, punctis nigris ſparſis.

Menſurae.

Long. a cap. ad an.	2 ;	*in alio*,	$2\frac{1}{3}$;	*in tertio*,	2 lin.
roſtri	1 ;	—	$1\frac{1}{2}$;	—	1 —
elytri	$1\frac{1}{4}$;	—	2 ;	—	$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	1 ;	—	$1\frac{1}{3}$;	—	$\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Antennae fractae; color fuſcus; roſtrum nigrum; elytra cervina, punctis nigris irrorata, ad lentem excavatis punctis ſtriata. Tibiae tarſique teſtaceo colore.

Habitat in corticibus arborum in inſulis danubialibus Viennenſibus.

Lectus 8. Mart.

215. SCROPHULARIAE, Braunwurzrüſſelkäfer.

Curculio Scrophulariae longiroſtris, ſubgloboſus; coleoptris maculis duabus atris dorſalibus. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 61. *Lin. faun. ſuec. n.* 603.

Le charanſon a lozange de la ſcrophulaire. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 297. cum ſpecie ſequenti ſeu 298.

Braunwurzlecker. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. part.* 1. *p.* 233.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{2}{3}$ lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{3}$ —

Descr. Dissimillimus Curculioni pericarpio, contra quam opinatur Cl. F. Statius Müller. Ovatus, cinereus. Rostrum nigrum, aut ex villo, ut in quibusdam exemplaribus canum. Hoc, cum capitur, pectori arcte cum pedibus adprimit, ut mortuus videatur. Totus coetera niger, sed ita dense villo ex cinereo virescenti contegitur, ut totus canus videatur. Elytra lineis quinque elevatis, in quibus puncta nigra distantia longitudinaliter dispositа conspiciuntur. Puncta duo alia magna nigra, utrique elytro communia, unum in medio, alterum ad apicem. Color niger semper ex solo villorum defectu oritur.

Habitat in Urtica, Lincii.

216. Urticae, Nesselrüsselkäfer.

Curculio thorace denticulato, femoribus muticis; elytris maculis duabus, apicibusque albidis.

Curculio urticae. *Scop. carn. n.* 83.

Curculio ovalis. *Lin. S. N. gen.* 202. *sp.* 47. *Lin. faun. suec. n.* 613.

Le charanson brun à points blancs. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 299.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	$1\frac{1}{5}$	lin.
rostri	$\frac{1}{2}$	—
elytri	$\frac{2}{3}$	—
Latitudo insecti	$\frac{1}{2}$	—

Desc. Ovalis, totus squammulis consitus; subtus cinereus, supra fuscus; maculis in singuli elytri medio, eorumque apice albidis. Tibiis, tarsisque rufis, rostro tenui, longo.

Habitat in urtica dioica, verbasco thapso, & alibi.

217. Al-

217. ALNETI, Erlenrüſſelkäfer.

Curculio longiroſtris; femoribus omnibus dentatis, teſtaceus; oculis roſtrique apice ſolis nigris; thorace obſcuriore.

Menſurae. Longit. a roſtro ad an. $1\frac{3}{4}$ lin.
roſtri $\frac{1}{2}$ —
elytri $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti 1 — circiter.

Simillimus ſequenti; ſolo roſtro diverſus.

Lectus in Alno, 8. Mart. ad Viennam.

218. LATRO, Mörderiſcher Rüſſelkäfer.

Curculio longiroſtris, femoribus omnibus dentatis, teſtaceus; oculis antennarumque clava ſolis nigris; thorace obſcuriore.

Menſurae. Longit a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin. fere.
roſtri $\frac{1}{2}$ — vix.
elytri 1 —
Latitudo inſecti $\frac{2}{3}$ —

Subtus obſcurior.

Lectus 8. Martii ſub cortice Ulmi; deprehenſus in flagranti delicto, cum exenteraret pupam noctuae. Ergo Curculionum genus non mere phytiphagum, ſed etiam carnivorum.

219. SALICINUS, Weidenrüſſelkäfer.

Curculio longiroſtris, femoribus omnibus dentatis, niger, cruce alba.

Habitat in Salice triandra.

Lectus 28. April.

Menſurae. Longit. roſtri ab oculo ad os. 1½ lin.
elytri 1½ —

Deſcr. Niger; per medium thoracem linea alba decurrit, per futuram elytrorum usque ad apicem continuanda. Haec in medio cujusvis elytri ramum fere ad angulos rectos exſerit, ut hinc inſectum dorſo crucem albam gerere videatur, quae in ſole auri ſplendorem habet. Femora omnia dentata. Elytra ſtriato punctata. Subtus color griſeus.

**** Longiroſtres, femoribus ſimplicibus, poſticis craſſis, ſaltatoriis.*

220. Rufus, Rothbrauner Rüſſelkäfer.

Curculio Saltatorius rufus; oculis, pectore, abdomineque nigris.

Menſurae. Longitudo elytri 1 lin.
roſtri ½ —
Latitudo elytri ½ —

Deſcr. Totus, etiam roſtro, antennis, pedibusque rufus, & fere ruber; ſed oculi, pectus, abdomenque nigra. Femora dentata, poſtice craſſiora.

Habitat in Corylo.

***** Breviroſtres, femoribus dentatis.*

221. Fullo, Gefleckter Rüſſelkäfer.

Curculio Breviroſtris, femoribus omnibus dentatis; elytris nigris albo punctatis.

Men-

Menſurae.

Longit. a baſi roſtri ad finem elytri	$3\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$2\frac{1}{2}$ —
thoracis	$\frac{1}{2}$ —
roſtri	$\frac{1}{4}$ —
antennae a baſi ad fracturam	$\frac{2}{3}$ —
a fractura ad apicem	1 —
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Abdomen ovatum; color niger, ſed elytra albomaculata uti Scarabaei *Fullonis*, etiam thorax ſed punctis minimis. Pedes fuſci; femora omnia dentata, primi paris clavata. Roſtrum valde breve, craſſum.

Habitat in variis plantis; arbores praeſertim amat.

Teſtus Viennae, 8. Maji, primum.

222. Apterus, Ungeflügelter Rüſſelkäfer.

Curculio breviroſtris cinereus apterus, elytris punctis nigris in lineis albidis diſpoſitis.

Habitat Lincii. Viennae.

223. Argentatus, Verſilberter Rüſſelkäfer.

Curculio *argentatus*, breviroſtris, femoribus dentatis, corpore viridi-argenteo. *Lin. S. Nat. gen.* 202. *ſp.* 73.
Lin. faun. ſuec. n. 624.
Pod. mus. graec. p. 30.

Curculio argentatus. *Scop. carn. n.* 91.

Menſurae. Long. ab oculo ad an. 3 lin.
elytri $2\frac{1}{4}$ —
Latitudo inſecti 1 — vix

Variat:

α. Viridis, antennis, pedibusque rufescentibus, femoribus omnibus denticulo minuto notatis.

Curculio argyreus β. *Pod. mus. graec. p.* 30.

Habitat in Jasmino frequens; elegantissimum animal, dum vivum sub lente conspicitur.

β. Viridi-coeruleſcens; femoribus omnibus rufescentibus, denticulatis.

γ. Viridis, femoribus omnibus denticulatis, anticis clavatis.

Habitat in variis plantis; etiam in Fago.

224. Oblongus, Länglichter Rüſſelkäfer.

Curculio *oblongus*, breviroſtris, oblongus, femoribus dentatis, antennis, elytris, pedibusque ferrugineis. *Lin.* S. *N. gen.* 202. *ſp.* 71.

Lin. faun. ſuec. n. 635.

Curculio Pruni. *Scop. carn n.* 95.

Le charanſon à étuis fauves. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 294.

Schmalbauch. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 235.

Menſurae. Longitudo elytri $1\frac{2}{3}$ lin.
Latitudo elytri $\frac{1}{2}$ —

Habitat in Pruno domeſtica.

225. Religiosus, Wallfahrtender Rüſſelkäfer.

Curculio breviroſtris, femoribus omnibus dentatis; ater, nitens; elytris albo-maculatis.

Men-

Menſurae. Longit. ab oculo ad an. 4 lin.
roſtri ab oculo ad os. 1 —
thoracis 1½ —
antennae 3 —
elytri 2⅘ —
Latitudo inſecti 2½ —

Deſcr. Magnitudo curculionis *germani*, cui etiam inſectum habitu multum ſimile, ſed magis atrum. Roſtrum craſſum. Thorax punctis prominentibus denſe obſitum, uti & elytra. Abdomen fere globoſum, quod magnam partem elytra etiam ſubtus tegunt, fortaſſe alas non recondentia. Hinc inde in elytris puncta nivea, quae ope lentis conſpecta, a pilis quibusdam minutiſſimis orta; reliquo omni inſecto glaberrimo. Pulvilli pedum albi. Femora dentata.

Habitat in Oettſcher Monte ad Cellas Marianas.

Lectus Menſe Julio ineunte.

226. Ovatus, Eyförmiger Rüſſelkäfer.

Curculio *ovatus*, breviroſtris femoribus dentatis; abdomine ovato, nigro, pedibus antennisque rufis. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 69.

Lin. faun. ſuec. n. 626.

Curculio rufipes. *Scop. carn. n.* 98.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2½ lin.
elytri 1⅔ —
roſtri ¼ —
thoracis ½ —

Habitat in arboribus Pomonae.

***** *Breviroſtres, femoribus muticis.*

227. VAU, Vaurüſſelkäfer.

Curculio breviroſtris, femoribus muticis, elytris macula duplici & figura V communi albis.

Menſurae. Longit. ab oculo ad an. 3 lin.
roſtri ab oculo ad os 1 —
elytri 2½ —

Deſcr. Roſtrum craſſum. Inſectum oblongum, cinereum, pedes mutici. In ſingulo elytro infra medium macula albida, tum in media macula oblonga obliqua cum altera alterius elytri ſignum arietis ⋎ ſeu litteram *V* conſtituens.

Varietas. Minor, magis fuſca; maculae albae clariores, & eae, quae infra medium, minores, rotundae.

Habitat Viennae. Poſterior varietas in Pratter ſaepius lecta.

228. SULCIROSTRIS, Rinnennaſigter Rüſſelkäfer.

Curculio *ſulciroſtris*, breviroſtris, oblongus cinereus ſubnebuloſus, roſtro triſulcato. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 85.

Rinnaſe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 238.

Menſurae. Longit. ab oculo ad an. 6 lin.
roſtri ab oculo ad os. 1⅓ —
thoracis 1⅔ —
elytri 4 —
Latitudo elytri 1½ —

Habitat in Auſtria.

229. NE-

229. Nebulosus, Wolkigter Rüſſelkäfer.

Curculio *nebuloſus* breviroſtris oblongus canus, elytris faſciis obliquis nigris. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 84.
Lin. faun. ſuec. n. 635.
Le charanſon à trompe Sillonée. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 278.
Curculio iners. *Scop. entom. carn. n.* 68.
Friſch Inſ. Deut. part. 11. *p.* 32. *tab.* 23. *f.* 3.
Wolfenbeefe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 238.

Menſurae. Longit. ab oculo ad an. $5\frac{1}{2}$ lin.
roſtri ab oculo ad os. 1 —
elytri 4 —
thoracis $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytri $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Cinereus. Roſtrum rufum, ſulcis duobus, in medio carinam habentibus. Oculorum quaſi palpebrae flavae. Thorax rugis elevatis longitudinalibus pallidioribus quinque; elytra albida, maculis quibusdam, faſciisque oblique transverſis obſcurioribus duabus, punctatoſtriata. Subtus cinereus. Alatus, ut prior.

Lectus in via publica ad Laxenburg.

230. Affinis, Aehnlicher Rüſſelkäfer.

Curculio breviroſtris, oblongus, niger; elytris cinereovariis; roſtri carina bifurca.

Menſurae. Long. ab oculo ad an. 4 lin.
roſtri ab oculo ad os $\frac{1}{2}$ —
thoracis $1\frac{1}{3}$ —
elytri $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{3}$ —

Descr. Totus niger, sed thorax lateribus, & elytra per totum cinereo-variegata. Rostrum sulcis duobus, striis seu carinis elevatis tribus, media in apice bifida. Thorax punctis elevatis confluentibus Scaber; elytra singula striis decem ex punctis.

Subtus cinereus. Alatus.

Habitat in Austria.

231. CINEREUS, Aschenfärbigter Rüsselkäfer.

Curculio breviroſtris muticus cinereus; thorace striis tribus pallidioribus, media quinquefariam divisa.

Le charanson a corcelet rayé. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 283.

Mensurae. Longit. ab ore ad an. $4\frac{3}{4}$ lin.
ab oculo ad an. 4 —
rostri ab oculo ad os $\frac{3}{4}$ —
thoracis $1\frac{2}{3}$ —
elytri $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo insecti $\frac{1}{2}$ —

Descr. Albido-cinereus. Rostrum breve, carinatum, sulcis ad carinae utrumque latus pilo ex ferrugineo rubenti contectis. Thorax subfuscus, ad latus utrumque linea curva, albida, longitudinali; alia latior in medio in quinque minores subdivisa per lineas tres elevatas, quarum acies nuda. Hinc forte invenire licet individua recenter exclusa, quae mediam illam striam indivisam habent, eo quod pili linearum elevatarum detriti nondum sint.

232. MAURUS, Mohrenrüsselkäfer.

Curculio breviroſtris, femoribus muticis; niger; thorace elevato-punctato; elytris striatis.

Men-

Menſurae. Longit. ab oculo ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
thoracis 1 —
roſtri $\frac{1}{2}$ —
elytri $2\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Roſtrum breve, craſſum. Antennae fractae. Caput, roſtrum, thorax punctis elevatis conſita. Elytra, quae magnam partem abdominis ſubtus tegunt, ſtriata; ſtriae nudo oculo inſpectae adparent conſtare punctis excavatis, ſed reipſa quaſi quibusdam villis alternatim comparentibus nentur, eo fere modo, qua veſtium orae a ſartoribus ſuuntur. Color ater, minime nitidus.

Habitat Viennae.

233. VIRIDIS, Grüner Rüſſelkäfer.

Curculio *viridis*, breviroſtris, femoribus muticis, corpore viridi, ſupra obſcuro, ſubtus flavidiore. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 76.

Lin. faun. ſuec. n. 629.
Pod. mus. graec. p. 30.

Menſ. Long. ab oculo ad an. 4 lin.
roſtri $\frac{1}{2}$ — *& non nihil plus.*
elytri 3 —
thoracis 1 —

Habitat in Alno. In inſulis Danubialibus omnibus copioſſimus.

234. AUSTRIACUS, Oeſterreichiſcher Rüſſelkäfer.

Curculio breviroſtris, femoribus muticis, apterus, fuſcus, thoracis elytrorumque lateribus rufis.

Men-

Menſurae. Longit. ab oculo ad an.	$3\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$2\frac{2}{3}$ —
roſtri	$\frac{2}{3}$ —
thoracis	1 —
Latitudo elytri	$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Color totius fuſcus; ſed thoracis & elytrorum latera rubeſcunt. Alae nullae; totus tomentoſus. Elytra ex punctis impreſſis ſtriata. Roſtrum craſſum.

Habitat Lincii.

235. HINNULUS, Verjüngter Rüſſelkäfer.

Curculio breviroſtris, femoribus muticis; elytris pallide fuſcis, albo variis, lateribus canis.

Menſurae. Long. ab oculo ad an.	$2\frac{1}{4}$ lin. vix.
elytri	$1\frac{2}{3}$ —
roſtri	$\frac{1}{3}$ —
thoracis	$\frac{1}{3}$ — circiter.

Deſcr. Subfuſcus oblongus, thorax lateribus albidus; elytra lucide fuſca albo variegata, prorſus ut cervorum juniorum pellis. Latera elytrorum cinerea partem abdominis pariter cinerei contegunt. Alatus.

Habitat Lincii.

236. PINETORUM, Föhrenrüſſelkäfer.

Curculio niger; elytris elevato-punctatis; pedibus rufis, geniculis tarſisque nigris.

Curculio rufipes. *Lin. faun. ſuec. n.* 634.

Men-

Menſurae. Longit. ab oculo ad an.	$4\frac{2}{3}$ lin.
roſtri ab ore ad oculum.	$\frac{2}{3}$ —
thoracis	$1\frac{1}{4}$ —
antennae	3 —
elytrorum	3 —
Latitudo elytrorum	$1\frac{1}{2}$ —

Habitat in arboribus aceroſis.

237. Chryſopterus, Rüſſelkäfer mit der Goldbecke.

Curculio breviroſtris femoribus muticis, niger; elytris cano variegatis, margine interiore aureo.

Menſurae. Longit. ab oculo ad. an.	$3\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$2\frac{1}{2}$ —
thoracis	1 —
roſtri	$\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Nomen ex vivo datum; at deſcriptio danda ex mortuo, in quo aurum mutatur in ferrugineum colorem. Longus, niger, obſcure cinereo nebuloſus. Thorax punctis excavatis cicatrizantibus; elytra punctato ſtriata; hinc inde quaſi pulvere ferrugineo aſperſa, praeſertim ad marginem interiorem facile deciduo. Abdominis apex villo fulvo hirſutus.

Habitat Viennae.

238. Araneiformis, Spinnenartiger Rüſſelkäfer.

Curculio breviroſtris inuticus; ovatus; ex rubello ferrugineus; elytris ſtriatis.

Deſcr. Magnitudo araneae *rupeſtris*, totus ex ruſo rubellus, cui in ſole auri nitor accedit; valde refert araneum thorace brevi, roſtro breviſſimo, ac vix ullo, abdomine globoſo ovato. Thorax punctis excavatis inordinate adſperſus, elytrorum partem

tem abdominis etiam ſubtus ampleſtentium punctis in lineas decem longitudinales diſpoſitis. Antennae fractae.

Habitat Lincii.

239. Sulcatus, Gefurchter Rüſſelkäfer.

Curculio breviroſtris, femoribus muticis, ovatus niger; elytris lineis elevatis quinque.

Curculio verruccoſus. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 90.?

Le charanſon à côtes épineuſes. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 290?

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1¼ lin.
Latitudo inſecti ⅔ —

Deſcr. Niger, minime lucens; roſtrum valde breve; thorax convexo - punctatus (*chagriné* Gallis). Elytra ſtriata, ſtriis ex punctis convexis, ad quorum latera obliqua puncta excavata. Ex ſingulo puncto convexo apice pilus minutus retrorſum flexus enaſcitur, ſpinae inſtar. Ejusmodi linearum quinque praecipue conſpicuae, duae in ſingulo elytro, & una communis ad ſuturam.

Habitat Lincii.

240. Linearis, Linienförmiger Rüſſelkäfer.

Curculio breviroſtris, femoribus muticis, cylindricus, femoribus ſimplicibus, totus teſtaceo fuſcus nitidus.

Deſcr. Magnitudine & habitu curculionis granarii, a quo praecipue differt thorace elytris notabiliter breviore; roſtro brevi, craſſo. Pedes mutici: thorax excavato - punctatus; elytra punctato-ſtriata. Color rufo - teſtaceo - fuſcus.

Habitat Lincii.

241. Ru-

241. RUFIPES, Rothfüßiger Rüßelkäfer.

Curculio *rufipes*, breviroſtris cinereus oblongus, pedibus rufis. *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 83.

Lin. faun. ſuec. n. 634.

Differt ab eo, quem Linnaeus deſcripſit, tarſorum pulvillis rubris: Longitudo Inſecti 1. lineae Viennenſis.

Lectus 4. Julii Viennae in Pratter.

242. LINEATUS, Geſtreifter Rüſſelkäfer.

Curculio *lineatus*, breviroſtris, griſeus, thorace ſtriis tribus pallidioribus, *Lin. S. N. gen.* 202. *ſp.* 80.

Lin. faun. ſuec. n 630.

Menſurae. Long. a cap. ad an. 2 lin.
Latitudo inſecti $\frac{1}{2}$ — & non nihil amplius.

Obſ. Adcurate per omnia idem cum eo, quem Linnaeus locis laudatis & n. 450. Faunae ſuecicae *primae Editionis* deſcripſit. Ut adeo ſit deciſum dubium Geoffroyi, quod *Part.* 1. *p.* 283. refert. Nempe Linnaeanus curculio, quem Vir Summus n. 450. ſuae Faunae ſuecicae juxta primam editionem deſcripſit, praeſens eſt *curculio lineatus*, quem Geoffroyus non vidit; contra quem Geoffroy. *Hiſtoire abregée des Inſect. part.* 1. *p.* 283. *n.* 13. deſcribit, noſter *Curculio cinereus* eſt, a celeberrimo Linnaeo non viſus.

****** *Roſtro porrecto.*

243. PORRECTUS, Geſtreckter rüßliger Rüſſelkäfer.

Curculio roſtro thorace longiore porrecto; niger; pedibus pallidis, femoribus ſubpellucidis.

Deſcr.

Descr. Longitudo una cum rostro vix 1. lineae: color totius niger; pedes pallidiores; femora lucide cornea subdiaphana, mutica. Rostrum porrectum. Antennae rectae.

Habitat in Austria.

244. Ruficollis, Rothhalsiger Rüsselkäfer.

Curculio rostro porrecto, thoraceque rufis; elytris atro-coeruleis.

Curculio ruficollis. *Lin. S. N. gen.* 202. *sp.* 24. *Lin. faun. suec. n.* 595.

Rothhals. *Müll. Lin. Nat. C. V. p.* 221.

Descr. Longitudo totius, etiam rostro computato, $1\frac{1}{2}$ lin. Totus lucide testaceus; oculi nigri: capitis basis elytraque atro-coerulea; & haec quidem obsolete striata, nitidissima.

Habitat Lincii; lectus si bene recordor in quadam Salice, aut in Populo nigra.

CERAMBYX, Bockkäfer.

* *Thorace submarginato, dentibus lateralibus.*

245. Faber, Zimmerbock.

Cerambyx *faber*, thorace marginato utrinque unidentato rugoso, elytris piceis, antennis mediocribus. *Lin. S. N. gen.* 202. *sp.* 6.

Lin. faun. suec. n. 646.

Zimmermann. *Müll. Lin. Nat. C. V. p.* 254.

Magnitudo.

Longitudo thoracis	$2\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$7\frac{1}{2}$ —
Latitudo thoracis	$1\frac{3}{4}$ —
elytrorum	$2\frac{3}{5}$ —

Spe-

Specimen noſtrum aterrimum, ſolo elytrorum apice nonnihil pallidiore.

Habitat Viennae.

** *Thorace teretiuſculo, ſpinis fixis lateralibus.*

246. NEBULOSUS, Tannenbockkäfer.

Cerambyx *nebuloſus*, thorace ſpinoſo, elytris faſtigiatis, punctis, faſciisque nigris, antennis longioribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 29.

Lin. faun. ſuec. n. 650.

Cerambyx nebuloſus. *Scop. entom. carn. n.* 173.

Menſurae. Longit.	elytri	$2\frac{1}{2}$ lin.
	thoracis	$\frac{1}{2}$ —
	antennae.	4 —
Latitudo	elytrorum	$1\frac{1}{2}$ —
	thoracis	$\frac{1}{2}$ —

Habitat in Abiete, Pinu.

Cerambyx thorace ſpinoſo, cinereus; elytris margine omni, lineisque aliquot elevatis, antennisque albo nigroque variis.

Menſurae. Longitudo	elytri	4 lin.
	thoracis	1 —
	antennae	9 —
Latitudo	elytrorum	2 —
	thoracis	$1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Nigrocinereus; thorax parte antica verrucas quatuor trausverſas habet lucidiores reliqu[o] tho-

race. Elytra nigrocinerea, albocinerea fascia in medio cinguntur. Margo elytrorum omnis, & lineae elevatae in singulo elytro subquaternae albocinereo, nigroque variegantur. Antennae valde longae, quemvis articulum basi albidum apice nigrum habent.

Habitat Viennae.

248. Hispidus, Stachlichter Holzkäfer.

Cerambyx hispidus thorace spinoso, elytris subpraemorsis, punctis tribus hispidis, antennis hirtis longioribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *sp.* 30.

Lin. faun. suec. n. 651. *fig.* 651.

Le capricorne à étuis dentelés. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 206.

Frisch Inf. Deut. part. 13. *p.* 22. §. 20.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	2 lin.
	elytri	$1\frac{1}{2}$ —
	antennae	$2\frac{1}{3}$ —
	Latitudo elytrorum	$\frac{2}{3}$ —

Descr. Color, qui corticis interioris nucis Juglandis, sed obscurior. Macula alba magna ad basin elytrorum fere ocellari, communi. Thorax mucrones quatuor transversa serie, & singulum elytrum ad marginem interiorem tres habet. Apex elytri praemorsus est, at simul versus marginem exteriorem mucrone jacente terminatur. Mucrones omnes obscurioris coloris sunt. Femora subclavata. *Locus* 8. Julii in Augarten, loco Munificentia plane Caesarea JOSEPHI II. AUG. publicae oblectationi destinato.

249. Mo-

249. Moschatus, Biſambockkäfer.

Cerambyx *moſchatus*, thorace ſpinoſo, elytris obtuſis viridibus nitentibus; femoribus muticis, antennis mediocribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 34.
Lin. faun. ſuec. n. 652.
Cerambyx moſchatus. *Scop. carn. n.* 165.
Pod. mus. graec. p. 32. n. 2.
Le Capricorne vert à odeur de Roſe. *Geoffr. paris. part.* 1. 203.
Der Blaulichte Holzkäfer. *Friſch. Inſ. Deut. part.* 13. *p.* 17. §. 13.
Biſamböcklein. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 264.

Menſurae. Longit. thoracis $2\frac{2}{3}$ lin.
elytri 8 —
antennae 14 —
Latitudo thoracis 3 — fere.
elytrorum 4 —

Habitat paſſim in Salicibus Auſtriae, Hungariaeque.

250. Alpinus, Steinbockkäfer.

Cerambyx *alpinus*, thorace ſpinoſo, coleoptris obtuſis, faſcia maculisque quatuor atris, antennis longis. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 35.
Lin. faun. ſuec. n. 654.
Cerambyx alpinus. *Scop. entom. carn. n.* 166.
Cerambyx piloſus. *Pod. mus. graec. p.* 32.
La roſalie. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 202.
Steinbockkäfer. *Handbuch der Nat.* 4. *B. tab. V. f.* 8.
Steinböcklein. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 265.

Lectus olim ab amico in Pratter; frequentior in Kallenberg occurrere dicitur, nec Tyrnaviae peregrinum ajunt. *Habitat* Larva, uti gravis mihi, & fat solido fundamento nixa suspicio mihi est, in Crataegi oxyacanthae radicibus.

251. BICOLOR, Zweyfärbiger Holzbock.

Cerambyx thorace submuricato, utrinque unidentato, testaceus; maxillis, oculis, pectore, elytrisque nigris.

Mensurae. Longit. a cap. ad apicem elyt. 8 lin.
elytri 6 —
antennae 5 —
Latitudo insecti $2\frac{1}{2}$ —

Descr. Lucide testaceus est; antennae extrorsum obscuriores. Pectus, oculi, apices maxillarum nigro colore gaudent. Elytra nigra in viridem colorem inclinantia, margine testaceo. Thorax testaceus, gibbosus, utrinque spina armatus.

Schol. Nec Geoffroyo ignota species, at praeter illum a nullo unquam, quod sciam descripta. Viro huic celeberrimo. *Le ſtencore rouge à étuis violets* audit.

Habitat Viennae, ubi lectus 15. Julii.

252. CHRYSOGASTER, Goldbauchigter Bockkäfer.

Cerambyx *Chrysogaster*, thorace utrinque unidentato; niger; pectore abdomineque vellere aureo tomentosus.

Mensurae. Longit. a capite ad an. $10\frac{1}{2}$ lin.
elytri 7 —
antennae $8\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum simul in basi 3 —
prope apicem $1\frac{1}{4}$ —

Descr.

Descr. Niger, sed elytra tomento subtilissimo cano tecta, ex atro in canum colorem inclinant. Pectus, abdomen, & non nihil etiam thorax vellere aureo teguntur. Thorax utrinque spina armatus; elytra attenuata.

253. ELEGANS, Zierlicher Bockkäfer.

Cerambyx thorace utrinque unispinoso; ater; elytris castaneis, basi, sutura, maculaque communi nigris, fasciis duabus flavis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 8 lin.
elytri $5\frac{1}{2}$ —
antennae 5 —
Latitudo insecti $2\frac{1}{2}$ —

Descr. Ater; elytra ex laete testaceo rubent; basi macula magna atra, eam regionem omnem occupante, & per marginem interiorem versus apicem decurrente, ac in ejus medio denuo magnam atram maculam utrique elytro communem constituente, & postea iterum solam futuram, nec tamen ad apicem usque denigrante. Per media elytra fasciae duae flavae, versus postica convexae & denticulos emittentes. In singulo elytro carinae duae elevatae. Antennae, femora, abdomen ex obscure testaceo rubent. Thorax utrinque spina armatus.

Obs. Si in reliquis quoque generibus Insectorum familias constituere quis velit, quod Cl. Schiffermüllerus in generibus Lepidopterorum feliciter tentavit, praesens Cerambyx cum Cerambyce *Inquisitore*, *Bifasciato*, & *Sycophanta* propriam constituit familiam; Cerambyx *Chrysogaster* vero cum Cerambyce *Meridiano* aliam recte constituere videtur.

254. AEDILIS, Schreinerbockkäfer.

Cerambyx *aedilis*, thorace spinoso, punctis quatuor luteis; elytris obtusis nebulo-

fis; antennis longiſſimis. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 37.
Lin. faun. ſuec. n. 653.
Pod. mus. graec. p. 32. *ſp.* 4.
Holzkäfer mit den längſten Hörnern. *Friſch. Inſ. Deut. part.* 13. §. 14.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	8 lin.
thoracis	$1\frac{2}{3}$ —
elytri	6 —
Antennae	42 —
Latitudo thoracis	$2\frac{1}{2}$ —
elytri	2 —

Lectus in Neuſelden, Auſtriae ſuperioris.

255. Textor, Weberbockkäfer.

Cerambyx *textor*, thorace ſpinoſo, elytris obtuſis convexis atris punctatis; antennis mediocribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 41.
Lin. faun. ſuec. n. 656.
Pod. mus. graec. p. 33.
Cerambyx Textor. *Scop. carn. n.* 164.
Le capricorne noir chagriné. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 207.
Weber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 267.

Menſurae. Longitudo thoracis	3 lin.
elytri	9 —
antennae.	8 —
Latitudo thoracis	3 —
elytrorum.	5 —

Habitat Lincii.

256. Cla-

256. CLAVIPES, Keulenſchenklichter Bockkäfer.

Cerambyx thorace ſpinoſo; niger, albo irroratus; femoribus omnibus, antennarumque articulo primo clavatis.

Le capricorne noir marbré de gris. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 204. *ſp.* 7.

Menſurae. Long. a cap. ad an. 5 lin.
elytri $3\frac{1}{2}$ —
antennae $6\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Reipſa niger, ſed per totum corpus albido cinere aſperſus. Antennae nigro cinereoque variegatae, uti & femora. Primus antennarum articulus craſſus, ſubgloboſus, femora gracilia apice clavata, clava ovata.

Differt a Cerambyce *variegato*, cui ſimillimus, 1) clava antennarum baſeos atra; 2) elytrorum nullis ſtriis elevatis; 3) femoribus tenuibus apice clavatis, clava ovali:

Habitat in Oettſcher monte, ubi ſub initium Julii lectus.

257. MERIDIANUS, Mittagsbockkäfer.

Cerambyx *meridianus*, thorace ſubſpinoſo, elytris ſubfaſtigiatis, fuſcis, antice teſtaceis, pectore nitente. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 47.

Lin. faun. ſuec. n. 648.

Tagdieb. *Müll. Lin. Nat. Ch. V. p.* 269.

Menſ. Longit. thoracis $1\frac{1}{2}$; *in alio* $1\frac{2}{3}$ lin.
elytri $4\frac{3}{4}$; — $5\frac{1}{2}$ —
antennae 5 circiter; 7 —
Latitudo thoracis 1 ; $1\frac{1}{3}$ —
elytrorum $1\frac{2}{3}$; 2 —

Descr. Similis habitu Chrysogasteri nostro; inter quem & praesentem ambigit Leptura *ruficrus* Cl. Scopoli:

Descr. Variat admodum; tres ego varietates possideo; describo singulas:

α. Oris labium superius palpique fulvi; thorax fuscus, vellere fulvo tenui tecto, utrinque dente obsoleto, in medio sulco longitudinali. Elytra apicem versus subattenuata, fusca, basi fulva, apice truncato. Pedes fulvi, geniculationibus nigris. Antennae fuscae, baseos articulo fulvo. Pectus vellere aureo hirsutum. Abdomen fulvum, vellere itidem aureo tenuiori tectum. Alae nigrae. *Lectus* Egndorfii, Austriae superioris.

β. Omnia, ut in priore, sed minor; thorax niger, vellere cano tectus; elytra latius ad basin ac obsolete fulva. Pectus nigrum, vellere cano, tenui. Alae fuscoferrugineae, ut in vespis.

γ. Omnia, ut in varietate α, sed vellus aureum ubique rarius; elytra tota fulva, margine solum interiori & exteriori dimidiato nigris. Alae nigrae. *Lectum* utrumque specimen ad Lincium.

258. Inquisitor, Stenkerer.

Cerambyx inquisitor, thorace spinoso, elytris nebulosis, fusco subfasciatis, antennis brevioribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *sp.* 49. *Lin. faun. suec. n.* 659. *Pod. graec. p.* 33.

Stenkerer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 269.

Mens.				
Longit. thoracis.	$1\frac{1}{2}$;	*in alio*,	1	lin.
elytri	$5\frac{1}{2}$;		4	—
antennae	$2\frac{1}{3}$;		2	—
Latit. thoracis	$1\frac{1}{2}$;		$\frac{2}{3}$	—
elytri	2 ;		$1\frac{1}{3}$	— non nihil amplius.

Habi-

Habitat in Abiete & Pinu passim.

Obs. Adfui, cum in Vacui Torricelliani fundo positus, & incumbentem sibi aeris columnam, & insignem praeterea Mercurii massam sine noxa simul sustinuit, nisi quod initio, cum iterum exemtus esset, mortui instar visus sit; vires tamen mox recuperavit plane priores.

259. Bifasciatus, Doppelgürtliger Bockkäfer.

Cerambyx thorace spinoso; e fusco niger; elytro singulo lineis tribus elevatis, maculis duabus luteis. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 222. *sp.* 1. sub Stenocoro.

Cerambyx inquisitor β. *Lin. faun. suec. n.* 659. *Pod. mus. graec. p* 33.

Mensurae.		
Longit a cap. adan.	8	lin. fere.
elytri	6	—
Latitudo insecti	$2\frac{1}{2}$	—

Descr. Niger, sed infinita punctorum canorum multitudine insectum plane canum evadit. Utrique elytro communis est fascia duplex ferruginea, spatio inter utramque interjecto nigro. Lineae in singulo elytro elevatae tres.

Schol. In hac & sequenti specie, uti & Cerambyce meridiano aliisque, lineas elevatas rectius usurpes pro charactere specifico, quam pectinum dentes in Scorpionibus, radiorumve in pinnis piscium numerum.

260. Sycophanta, Betrüglicher Bockkäfer.

Cerambyx thorace spinoso, nigro ferrugineoque varius, fasciis elytrorum tribus obscurioribus, lineis in singulo elytro elevatis duabus; antennis brevibus.

Menſurae.		
Longit. thoracis	$1\frac{2}{3}$	lin.
elytri	$6\frac{1}{2}$	—
antennae	$3\frac{2}{3}$	—
Latitudo thoracis	$1\frac{2}{3}$	—
elytrorum	3	—

Deſc. Haec duabus praecedentibus ſpeciebus plane habitu ſimillima; fors etiam incola haec & prior arborum abieti congenerum; color praedominans ferrugineus eſt, & hic totus ex concolori tomento ortus; oculi punctaque elytrorum nigra; puncta elytrorum tres conſtituunt praecipue faſcias nigras, in quibus tomentum ferrugineum rarius eſt, quarum ea, quae in medio eſt, latior, nigrior. Omnis nigredo ex corporis glabritie. Lineae in ſingulo elytro elevatae duae.

Habitat Viennae.

261. PEDESTRIS, Weisgeſtreifter Bockkäfer.

Cerambyx *pedeſtris*, thorace ſpinoſo, apterus niger; elytris tomentoſis atris: futura alba; antennis mediocribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 51.

Cerambyx pedeſtris. *Pod. mus. graec. p.* 34.

Cerambyx arenarius. *Scop. carn. n.* 168.

Menſurae.		
Longit. a cap. ad an.	$6\frac{1}{3}$	lin.
elytri	$4\frac{1}{2}$	—
antennae	4	—
Latitudo inſecti	$2\frac{1}{3}$	—

Deſcr. Niger, nitidus, apterus; primus antennarum articulus pedesque rubro-teſtacei nitidi; ſtria longitudinalis alba per medium thoracis, & elytrorum quorum futurae communis eſt, decurrit. Deficit tamen ſubinde in thorace.

Habitat in hortis Viennenſibus, & agri contermini, minime rarus, ad muros, ab exortu Maji per totam

tam aeſtatem cum duobus ſequentibus conſpicuus. Viſus etiam *Tyrnaviae* in Hungaria, nec alibi.

262. Aethiops, Mohrenbockkäfer.

Cerambyx thorace ſpinoſo, niger apterus; elytra abdomine breviora.
Cerambyx aethiops. *Scop. carn. n.* 169.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$7\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$5\frac{1}{2}$ —
antennae	6 —
Latitudo inſecti	3 —

Deſcr. Niger, ſubnitidus, punctis minutis adperſus, apterus. Thorax utrinque mucrone fixo armatus. Elytra abdomine breviora nonnihil.

Habitat in ruderatis Viennae; praeſertim in fortificationibus copioſus. Nec alibi viſus.

263. Fulvus, Fahler Bockkäfer.

Cerambyx thorace ſpinoſo, apterus; niger; elytris rubris, abdomine brevioribus.
Cerambyx fulvus. *Scop. carn. n.* 170.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$7\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$5\frac{1}{2}$ —
antennae	$5\frac{1}{4}$ —
Latitudo inſecti	$2\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Fulva ſeu potius rubra, rubedinis nempe in ferro enatae colore ſunt elytra, antennarum baſes, abdomen, femora, & tibiae; reliqua nigra. Apterus, punctatus punctis minutis conſertis; elytra nitida, abdomine nonnihil breviora.

Habitat Viennae in ruderatis. Nec alibi praeterea conſpectus.

β. Varietas.
Abdominis, elytrorumque baſi nigra.

Obſ.

Obſ. Locus, tempus, habitus, & praeſens varietas Cerambycem *fulvum* ab *Aethyope* ſpecie non differre evincere poſſe videntur.

*** *Thorace inermi, cylindrico.*

264. CARCHARIUS, Hagenartiger Bockkäfer.

Cerambyx *carcharias*, thorace mutico cylindrico, corpore griſeo, nigro punctato, antennis mediocribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 52.

Lin. faun. ſuec. n. 660.

La lepture Chagrinée. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 208.

Hundsbock. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 271.

Menſurae.			
Longit. thoracis.	2 lin.		
elytri	$8\frac{1}{2}$ —		
Latit. thoracis	$1\frac{1}{2}$ —	circiter.	
elytrorum in baſi	3 —		
prope apicem	2 —		

Habitat Lincii.

265. CARDUI, Diſtelbockkäfer.

Cerambyx *cardui*, thorace mutico, cylindrico, corpore fuſco, linea longitudinali flavicante, antennis longioribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 56.

Diſtelkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 272.

Menſ.		α.	β.	γ.
Longit. a cap. ad an.	6 ;	7 ;	$7\frac{1}{2}$ lin.	
elytri	$4\frac{1}{2}$;	5 ;	6 —	
antennae	9 ;	$9\frac{1}{2}$;	→	
thoracis	1 ;	$1\frac{1}{4}$;	$1\frac{1}{3}$ —	
Latitudo totius	$1\frac{1}{2}$;	$1\frac{2}{3}$;	2 —	

Deſcr.

Descr. Tomentosus, ferrugineo-flavescens, punctis nigris elevatis confertis; thorax niger, sed lineis tribus longitudinalibus flavis distinctus, quarum una in medio, una ad singula latera. Antennarum primus articulus ater, reliqui cani, & tantum apicibus atris.

Locus 17. Maji in carduis Viennensibus.

266. POPULNEUS, Pappelbockkäfer.

Cerambyx *populneus*, thorace mutico cylindrico, flavo lineato; elytris punctis quatuor flavis, antennis mediocribus.
Lin. S. N. gen. 204. *sp.* 57.
Lin. faun. suec. n. 661.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
elytri $3\frac{3}{4}$ —
antennae $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti $1\frac{1}{2}$ — vix.
elytri $\frac{2}{3}$ —

Descr. Caput totum fuscum, intra thoracem usque ad antennas retractile. Thorax cylindricus niger, ad utrumque latus linea longitudinali flava. Elytra abdomine longiora, quae punctis impressis scabra sunt, quatuor paribus flavarum macularum notantur, ita, ut in singulo elytro quatuor maculae in linea longitudinali, sed non plane recta, locentur. Hae maculae nihil aliud sunt, quam pilorum flavorum fasciculi.

Thorax & magis elytra minutis pilis cinereis horrent, unde elytra quasi punctis minutissimis cinereis seu albidis conspersa videntur. Subtus totum animal vellere nonnihil fusco-flavescenti tomentosum est. Pedes nigri. Antennae attenuatae, ut in congeneribus, sed singuli articuli basi cinerei, apice nigri.

Geof-

Geoffroyanum ſpecimen (*Leptura* 3. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 208. *n.* 3. lineas etiam in capite tres, & in thorace, praeter noſtras, unam dorſalem habuit flavas: ſed haec varietatis ſunt, non ſpeciei teſte Cerambyce *Pedeſtri.*

Habitat in Betula. *Geoffr.* meus in populo captus dicitur; & ſuum etiam Linnaeus in Populo tremula invenit.

Locus Vienna.

267. Octopunctatus, Achtpunktirter Bockkäfer.

Cerambyx thorace tereti mutico, viridis; elytris punctis octo nigris. *Beytr. zur Nat. pag.* 65. §. 9.

Menſurae. Longit. Thoracis	$1\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$5\frac{1}{2}$ —
antennae	$8\frac{1}{2}$ —
Latitudo thoracis	$1\frac{1}{3}$ —
elytrorum	2 —

Habitat in hortis Auſtriacis, ubi Tilia abundat, ſed rarior.

268. Scalaris, Treppenbockkäfer.

Cerambyx *ſcalaris*, thorace mutico ſubcylindrico, coleoptris linea ſuturali dentata, punctisque flavis, antennis mediocribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 55.

Cerambyx ſcalaris. *Pod. mus. graec. p.* 34. *ſp.* 13.

Leptura ſcalaris. *Lin. faun. ſuec. n.* 697.

Der Holzkäfer mit Schwarzen Flügeln und gelben oder weißen Zierrathen. *Fiſch. Inſ. Deut. part.* 12. *p.* 29.

Stiegenbock. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 272.

Men-

Menſurae. Longit. thoracis $1\frac{1}{4}$ lin.
elytri 5 —
antennae $6\frac{1}{2}$ —
Latitudo thoracis $1\frac{1}{2}$ —
elytrorum $2\frac{1}{2}$ —

Teſtus in Bulgarn; Viennae.

269. OCULATUS, Schildaugenbockkäfer.

Cerambyx *oculatus*, thorace mutico cylindrico luteo: punctis duobus nigris; elytris faſtigiatis linearibus nigris. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 60.
Lin. faun. ſuec. n. 664.
Leptura oculata. *Scop. carn. n.* 152.
Schildauge. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 274.

Menſurae. Longit. elytri $5\frac{1}{2}$ lin.
thoracis 1 —
antennae 6 — circiter.
Latitudo thoracis $1\frac{1}{3}$ —
elytrorum $1\frac{1}{2}$ —

Habitat Lincii.

270. ERYTHROCEPHALUS, Rothköpfiger Bockkäfer.

Cerambyx thorace inermi cylindrico, niger; capite, thorace, pedibus, abdomineque poſtice teſtaceis. *Beyt. zur Nat. p.* 67. §. 12.

Menſurae.	α.	β.
Longit. a cap. ad an.	$5\frac{1}{4}$;	5 lin.
elytri	$3\frac{1}{2}$;	—
antennae	4;	$4\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum	$1\frac{1}{3}$;	1 —

Deſcr

Descr. Caput rubrum; oculi; antennaeque (non attenuatae sed filiformes) nigro colore insignes; thorax ruber, villosus, basi apiceque nigris. Elytra nigra longitudinaliter punctata, non tamen striata. Alae fuliginosae, pedes rubri; pectus nigrum, abdomen rubrum, subtus ad basin macula magna nigra.

Lectus olim in Austria superiori, dein etiam in Pratter 28. Junii in Euphorbiis Cypariſſia, & Peplo; & iterum in Kagran prope Viennam 22. Julii, sed posterior thorace toto nigro.

271. Coerulescens, Blaulichter Bockkäfer.

Cerambyx thorace mutico cylindrico, albocoeruleus: lineis tribus thoracis, scutelloque pallidioribus.

Leptura coerulescens. *Scop. ent. carn. n.* 160.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.		$4\frac{1}{4}$ lin.
	thoracis	$\frac{2}{3}$ —
	elytri	$3\frac{1}{4}$ —
	antennae	$5\frac{1}{3}$ —
Latitudo	thoracis	$\frac{2}{3}$ —
	elytrorum	$1\frac{1}{2}$ —

Descr. Totus tomentosus hirsutulus, albocoeruleus, seu ejus coloris, quem Cl. Schiffermüllerus albocoeruleum seu aqueum vocat (*Blaulichtweiſs*, *Waſſerfarbe*, *Diamantfarbe* germanis. *Couleur d'eau* gallis) sed minus saturate. Fronte, lineis in dorso thoracis tribus, scutelloque pallidioribus, uti etiam basi thoracis. Elytra lineis longitudinalibus punctorum, dissitorum tamen, nec magnorum.

Habitat Viennae.

272. Fer-

272. Ferreus, Eiſenfarbiger Bockkäfer.

Cerambyx thorace cylindrico inermi, plumbeo-niger immaculatus; ſcutello albido.

Cerambyx ferreus. *Beytraeg. zur Nat. p.* 66. §. 11.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
elytri $3\frac{1}{2}$ —

Pectus ſcutellumque albida ex villo; elytra inordinate punctata.

Habitat Lincii.

273. Pustulatus, Gebrandmarkter Bockkäfer.

Cerambyx niger; thorace inermi cylindrico, medio macula fulva.

Cerambyx puſtulatus. *Beytraeg. zur Nat. p.* 66. §. 10.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
elytri $2\frac{1}{3}$ —

Habitat in floribus.

Lectus olim Lincii; dein Viennae in Pratter.

274. Silphoides, Gräberartiger Bockkäfer.

Cerambyx thorace mutico, cylindraceus, niger; elytris lineis ſubtribus elevatis; femorum tibiarumque anticarum medietate fulva.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{3}$ lin.
antennae corpore longiores.
elytri $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum $\frac{1}{2}$ —

Descr. Cylindraceus, thorace inermi, ferri colore, ad regionem scutelli macula exigua alba, tam viciniam thoracis, quam elytrorum occupans ex villis albis orta. Femora antica usque ad apicem a medio, & tibiae a basi ultra medium fulvo colore gaudent. Abdomen certo luminis respectu caneſcit. Elytra punctata, punctis in lineas longitudinales dispositis, non tamen punctato-lineata. Lineae subternae in singulo elytro elevatiusculae.

Locus Viennae ad finem Maji.

275. PRAEUSTUS, Angebrannter Bockkäfer.

Cerambyx thorace subgloboso, fusco, elytris flavis, apice nigris, pedibus quatuor pallidis.

Leptura praeusta. *Lin. S. N. gen.* 204. *sp.* 24. *Lin. faun. suec. n.* 698.

La lepture noire à etuis jaunes. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 209.

Zwergböcklein. *Müll. Lin. Nat Cl. V. p.* 290.

Mensurae. Longit. a cap. ad apicem elytri. $2\frac{1}{2}$ lin.
antennae $1\frac{1}{2}$ —
elytri $1\frac{3}{4}$ —

Elytra fulva sunt, non nitent. Insectum villosulum.

Volitat in hortis.

Locus Viennae Mense Majo.

**** *Thorace inermi, ex globoso depresso.*

276. CURCULIONOIDES, Sechsaugiger Bockkäfer.

Cerambyx *curculionides*, thorace mutico, ocellis quatuor nigris; elytris ocello sesqui altero antennis longis. *Lin. S. N. gen.* 204. *sp.* 64.

Le

La lepture aux yeux de paon. *Geoff. paris. part.* 1. *p.* 210.

Rüſſelbock. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 276.

Lectus olim Tyrnaviae, muſaeoque ejus Academiae cum pluribus aliis inſectis á me illatus, nec dein amplius conſpectus.

277. Violaceus, Veyelblauer Bockkäfer.

Cerambyx *violaceus*, thorace mutico ſubrotundo pubeſcente; corpore violaceo, antennis mediocribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 70.

Lin. faun. ſuec. n. 667.

Cerambyx violaceus. *Pod. mus. graec. p.* 36.

Ganz violetblauer Holzkäfer. *Friſch. Inſ. Deut. part.* 12. *p.* 33. §. 26.

Menſurae. Longitudo elytri 3 lin.
Latitudo elytri 1 —

Habitat in hortis & ſylvis utriusque Auſtriae.

278. Femoratus, Rothſchenklichter Bockkäfer.

Cerambyx *femoratus*, thorace mutico ſubrotundo, corpore atro, femoribus rubris, antennis mediocribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 69.

La lepture noire à groſſes cuiſſes brunes. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 219.

Rothſchenkel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 277.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{3}$ lin.
antennae $3\frac{2}{3}$ —
elytri $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{2}$ —

Descr. Niger. Elytra abdomenque sordide nigra; thorax globoso depressus, nitens; pedes testacei.

Lectus sub finem Maji Viennae in Rossau, adeoque forte advena cum lignis Passavienſibus aut Bavaricis eo advectus.

279. VARIABILIS, Wandelbarer Bockkäfer.

Cerambyx *variabilis*, thorace mutico subrotundo inaequali glabro, pectore anoque ferrugineo, antennis mediocribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *sp.* 74.

Lin. faun. suec. n. 669.

La lepture noire à corcelet rougeâtre. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 219.

Schwarzbrauner kleiner Holzkäfer. *Fiſch Inſ. Deut. part.* 12. *p.* 35. §. 29. Descriptio bona, minus figura; quis autem sine coloribus insectum hoc apte exprimat delineator?

Unbeſtand. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 278.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin. fere.
elytri $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytri $\frac{2}{3}$ —

Habitat Viennae.

280. BARBIPES, Bartfüßiger Bockkäfer.

Cerambyx niger, thorace mutico subrotundo hirsuto, elytrisque testaceis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
elytri $2\frac{1}{4}$ —
Latitudo elytrorum $1\frac{1}{3}$ —

Olim plures legi *Viennae* in floribus umbellatis. Mas femina duplo minor. Mensurae ex mare desumptae.

Descr.

Desc. Antennae in mare copore longiores, in femina mediocres. Totus niger tomentosus. Thorax globoso depressus niger, sed rufo villo totus hirsutus, adparet rufus. Elytra fulvo-testacea, nonnihil nitida, ad lentem hirsuta. Antennarum articulus primus crassus longior, secundus, tertius, quartus breves, simul sumti longitudine primi; hi omnes nigri; quintus iterum longus fusco ferrugineus — reliqui in unico, quod restat specimine, deficiunt. Subtus totus niger villosulus. Femora secundi & ultimi paris barbata, barba rufa; unde nomen.

281. Bajulus, Lasttragender Bockkäfer.

Cerambyx *bajulus*, thorace mutico subrotundo villoso, tuberculis duobus; antennis brevibus. *Lin. S. N. gen.* 204. *sp.* 76.

Lin. faun. suec. n. 672.
Pod. mus. graec. p. 36.

Leptura bajula. *Scop. carn. n.* 156.

Holzkäfer mit kleinern Fühlhörnern und grauen Halsschild mit zwey Puncten. *Frisch Ins. Deut. part.* 13. *p.* 17. §. 12.

La lepture brune à corcelet rhomboidale. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 218.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 9 lin.
elytri 6 —
Latitudo elytrorum $2\frac{1}{2}$ —

Geoffroy specimen, quod prae manibus habeo demta magnitudine adcuratissime descripsit.

282. Fennicus, Finnländiſcher Bockkäfer.

Cerambyx *fennicus*, thorace mutico ſubrotundo, tuberculis ſubferrugineo obſoletis; elytris violaceis, antennis longiusculis. *Lin. S. N. gen.* 204. *ſp.* 77. *Lin. faun. ſuec. n.* 674.

		α.	β.
Menſurae.	Longit. ad cap. ad an.	5 ;	$5\frac{1}{4}$ lin.
	antennae	$5\frac{1}{2}$;	6 —
	elytri	3 ;	$3\frac{3}{4}$ —
	Latitudo inſecti	$1\frac{1}{2}$;	2 —

Deſcr. Nigra: caput, abdomen, femora (quae in meis ſpeciminibus omnia clavata) baſis tamen teſtacea.

Viridi coerulea: Elytra.

Teſtacea: Apex abdominis; pedes, thorax, antennae; hae tamen ita, ut articulorum omnes apices nigri.

Thorax tuberculatus ſubrotundus inaequalis; elytra minutiſſime punctata.

Lectus Viennae Menſe Majo, & iterum ſub finem Junii.

Obſ. Data deſcriptio maris eſt, uti & menſurae; ſed femina his diverſa:

Menſurae.	Longit. a cap. ad an.	6 lin.
	elytri	4 —
	antennae	$5\frac{1}{2}$ —
	Latitudo inſecti	$1\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Habitus maris, ſed tota teſtacea, elytrorum tantum apice coeruleo. Pectore abdomineque ſubtus nigris.

283. Un-

283. UNDATUS, Wellenbockkäfer.

Cerambyx *undatus*, thorace mutico subrotundo tuberculato, elytris fasciis duabus undulatis, antennis submediocribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *sp.* 79.
Lin. faun. suec. n. 675.
Pod. mus. graec. p. 280.
Wellenbock. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 280.

	α.	β.
Mensurae. Longit. a cap. ad an.	5 ;	4 lin.
elytri	$3\frac{1}{2}$;	$2\frac{3}{4}$ —
antennae	5 ;	$4\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytri	1 ;	$\frac{2}{3}$ —

Habitat Lincii.

284. SANGUINEUS, Blutfärbiger Bockkäfer.

Cerambyx *sanguineus*, thorace mutico subrotundo, elytrisque sanguineis; corpore nigro; antennis mediocribus. *Lin. S. N. gen.* 204. *sp.* 80.
Lin. faun. suec. n. 673.
Pod. mus. graec. p. 36.
La lepture veloutée couleur de feu. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 220.
Blutbock. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 280.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$5\frac{3}{4}$ lin.
elytri	$4\frac{1}{2}$ —
antennae	$3\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum	$2\frac{1}{2}$ —

Saepe tamen antennae proportionaliter longiores; & universim longitudo antennarum, cui tantum fidit Ill. Linnaeus & post illum Cl. Poda, infidum in hoc genere fundamentum.

285. CASTANEUS, Tannenbockkäfer.

Cerambyx thorace mutico subrotundo corporeque nigro; elytris, antennis, tibiisque castaneis; thorace subtus utrinque linea rubra longitudinali.

Cerambyx castaneus. *Lin. S. N. gen.* 204. *sp.* 81.

Lin. faun. suec. n. 676.

Kastanienbock. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 281.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	4 lin.
elytri	3 —
antennae	$2\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum	1 —

Descr. Niger, praeter dicta in nomine. Elytra lineis duabus elevatis scabra. Femora quoque antica maximam partem testudinei coloris. Femora omnia subclavata, maxime antica.

Habitat in cortice Pini abietis.

Lectus in sylva Neoburgensis Comitatus ad Oenum Mense Majo exeunte.

Variat Femoribus totis castaneis, thoraceque toto nigro.

LEPTURA, Holzkäfer.

286. QUADRIMACULATA, Viermacklichter Holzkäfer.

Leptura nigra, elytris flavis; maculis quatuor nigris, apicibus truncatis.

Leptura quadrimaculata. *Lin. S. N. gen.* 205. *sp.* 9.

Lin. faun. suec. n. 684.

Schwarzfleck. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 286.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $9\frac{1}{2}$ lin.
elytri $6\frac{1}{2}$ —
antennae 6 —
Latitudo elytrorum $3\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Elytra glabra, flava; in ſingulo maculae duae magnae; apices truncati. Alae nigrae. Tota alias nigra, ſed veliere flaveſcente tecta.
Loſia in monte Oettſcher, ineunte Julio.

287. RUBRA, Braunrother Holzkäfer.

Leptura *rubra*, nigra; thorace, elytris tibiisque purpureis. *Lin. S. N. gen.* 205. *ſp.* 3. *Lin. faun. ſuec. n.* 500.
Leptura rubra. *Scop. carn. n.* 148.
Braunrother Holzkäfer. *Friſch Inſ. Deut. part.* 12. *p.* 37. §. 31.
Purpurſchild. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 285.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $7\frac{3}{4}$ lin.
elytri $5\frac{2}{3}$ —
Latitudo elytrorum $2\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Etiam in hac elytra oblique truncata. Tota rufo villo pubeſcit; elytra, thoraxque rubra, rufo praeterea villo pubeſcentia.
Habitat in Auſtria.

288. TESTACEA, Ziegelfärbiger Holzkäfer.

Leptura *teſtacea*, nigra, elytris teſtaceis, tibiis rufis, thorace poſtice rotundato. *Lin. S. N. gen.* 205. *ſp.* 5. *Lin. faun. ſuec. n.* 680.
Ziegeldach. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 285.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{4}$ lin.
elytri $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum $1\frac{3}{4}$ —

Descr. Rufo villo pubescit; thorax basi & apice magis ex hoc villo rufescit, caetera niger. Tibiae ferrugineae. Elytra apice truncata oblique.

Habitat in Austria passim usque ad Julium in umbellatis obvia.

289. VIRENS, Grünlichter Holzkäfer.

Leptura *virens*, viridiflava, antennis luteo viridique variis. *Lin. S. N. gen.* 205. *sp.* 7. *Lin. faun. suec. n.* 682.
Grünbockkein. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 286.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$6\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$4\frac{1}{2}$ —
antennae	$5\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum	2 —

Descr. Nigra; sed tomento viridi per totum corpus, omnesque artus ita recta, uti viridis tota adpareat. Antennae luteo viridique variantur, viride autem hoc in extimis articulis nigrum evadit.

Lecta in Oettscher Monte Julio Mense.

290. CERAMBYCIFORMIS, Holzbockähnlicher Holzkäfer.

Leptura nigra; elytris flavis fasciis tribus nigris, prima ex punctis transversim positis.
Leptura qradrimaculata. *Scop. carn. n.* 154.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$4\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$3\frac{1}{4}$ —
antennae	$4\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti	2 —

Descr. Thorax antice angustior, lana flava rara tectus; elytra cerae recentis colore, fasciis tribus nigris, prima ex maculis in singulo elytro quatuor, quarum

quarum intermediae duae coalitae & minores. Fascia secunda latior, nec ad marginem interiorem pertingens; tertia apicem occupat.

Habitat in Oettscher Monte.

291. AQUATICA, Holzkäfer der Wasserpflanzen.

Leptura deaurata; antennis nigris, femoribus posticis dentatis; elytris lacunosis.

Leptura aquatica. *Linn. S. N. gen.* 205. *sp.* 1.
Lin. faun suec. n. 677.
Scop. carn. n. 147.
Pod. mus. graec. p. 36.
Le stencore doré. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 220.
Wasserschwimmer. *Müll. Lin. Nat Cl. V. p.* 287.
Braunvergoldeter Holzkäfer. *Frisch Inf. Deut. part.* 12. *p.* 33. §. 27.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	5 lin.
elytri	$3\frac{2}{3}$ —
Latitudo elytrorum	$1\frac{1}{2}$ —

Habitat in plantis aquaticis, Iride Pseudoacoro praesertim, copiosissima mensibus Junio Julioque.

292. CONSIMILIS, Aehnlicher Holzkäfer.

Leptura aenea; antennis pedibusque testaceis, femoribus posticis dentatis; elytris simplicibus.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	4 lin.
elytri	$2\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytri	$\frac{2}{3}$ —

Descr. Nigro- aurea, subtus obscurior. Antennae fusco- testaceae, pedes rubro- testacei, postici femoribus dentatis. Elytra non lacunosa, striis singula decem punctatis exarata.

293. Assi-

293. Assimilis, Vergleichbarer Holzkäfer.

Leptura nigra; pedibus testaceis; posticis dentatis; elytris simplicibus.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	$3\frac{1}{2}$ lin.
	elytri	$2\frac{1}{2}$ —
	Latitudo insecti	$1\frac{1}{2}$ —

Descr. Nigra; elytro singulo striis novem punctatis. Pedes testacei, femora postica dentata.

294. Quadrifasciata, Gegürtelter Holzkäfer.

Leptura *quadrifasciata*, nigra, elytris testaceis, fasciis quatuor nigris. *Lin. S. N. gen.* 205. *sp.* 12.

Lin. faun. suec. n. 687.

Cerambyx fasciatus. Femina. *Scop. carn. n.* 172.

Vierband. *Müll. Lin Nat. Cl. V. p.* 287.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	$7\frac{1}{2}$ lin.
	elytri	$5\frac{1}{2}$ —
	Latitudo elytrorum	$2\frac{1}{2}$ —

Habitat Lincii.

295. Attenuata, Schmaler Holzkäfer.

Leptura *attenuata*, elytris fastigiatis attenuatis fulvis: fasciis quatuor nigris, pedibus testaceis. *Lin. S. N. gen.* 205. *sp.* 13.

Lin. faun. suec. n. 688.

Pod. mus. graec. p. 28.

Cerambyx fasciatus. Mas. *Scop. carn. n.* 172.

Schmalhanns. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 287.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{3}{5}$ lin.
elytri $3\frac{3}{4}$ —
Latitudo elytrorum $1\frac{1}{5}$ —

Habitat cum priore. In floribus umbellatis; in Aſparago quoque lecta.

296. SEXMACULATA, Sechsmacklichter Holzkäfer.

Leptura ſexmaculata, nigra, coleoptris teſtaceis: maculis ſex nigris, margine connexis. *Lin. S. N. gen.* 205. *ſp.* 11. *Lin. faun. ſuec. n.* 086.
Punctrand. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 287.

	α.	*β.*
Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$4\frac{1}{2}$;	4 lin.
elytri	$3\frac{1}{2}$;	3 —
Latitudo elytrorum.	$1\frac{1}{3}$;	1 —

Deſcr. Noſtra nonnihil ab exemplari Linnaeano diverſa; juvat utramque adferre deſcriptionem, noſtram Linnaeanamque, lectorique judicium relinquere.

Leptura ſexmaculata Linnaei.

Totum animal nigrum eſt omnibus partibus, ſed *elytra* teſtacea, apice truncata, nigra macula terminata; juxta baſin macula oblonga, angulata, margini exteriori adnexa; intra hanc verſus futuram longitudinalem macula ovata, nigra, parva, interiori margini adnexa: ergo elytra teſtacea *S.* pallida margine exteriori & interiori nigro; maculae

Leptura ſexmaculata noſtra.

Nigra; ſed abdomen, elytra, pedes, teſtacei coloris. In elytris apex niger; tum macula quadrata, dein alia rotunda: neutra ulli adhaerens margini, qui tam internus, quam externus elytro concolor; ad baſin prope Scutellum macula oblonga, utrique elytro communis; adeoque

ad

ad apicem elytrorum clauſis coleoptris conficiunt ſimul unicam nigram maculam; in medio duae maculae quadratae margini exteriori adnexae conſtituunt binas diſtinctas maculas; maculae ad baſin elytrorum angulatae & parum ſinuatae, margine exteriori adnexae conſtituunt binas alias maculas; ſed maculae ovatae, intra has interiori margini elytrorum adnexae, ſimul coeunt in unam, adeoque ſex maculae, connexae omnes margini elytrorum interiori nigro. *Pedes* ſpina terminati.

clauſis elytris maculae ſex: 1. communis baſeos; 2. rotundae in diſco ſingulorum elytrorum ſingulae; 2. quadratae, quaevis in quovis elytro. 1. In apice, utrique elytro communis.

Datur varietas, quae praeter dicta adhuc in ſingulo elytro punctum habet minutum, nigrum, prope marginem externum, haud tamen in ipſo margine, non procul a baſi poſitum.

Habitat in floribus Viennae.

297. Chrysomeloides, Goldhähnchenähnlicher Holzkäfer.

Leptura nigra, elytris teſtaceis, margine omni nigro.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	3	lin.
elytri	2	— vix.
antennae.	3	—
Latitudo inſecti	$\frac{2}{3}$	—

Deſcr. Nigra; thorax antice anguſtior. Elytra punctis excavatis ſparſis, caſtanea, utroque margine nigro. Pedes caſtanei.

298.

298. BIFASCIATA, Zweybändiger Holzkäfer.

Leptura nigra; elytris rubris, fasciis duabus nigris.

Leptura quadrifasciata. *Pod. mus. graec. p.* 28.

Le stencore bedeau. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 226. sed synonyma ibi posita nihil valent.

Mensurae. Long. a cap. ad an. $4\frac{2}{3}$ lin.
elytri 3 —
Latitudo elytrorum $1\frac{1}{3}$ —

Descr. Tota nigra subulata; elytra rubra, sutura, fasciisque duabus nigris, quarum una in apice, altera post medium versus apicem. Abdomen rubrum, apice nigro. Alis suliginosis.

Habitat in floribus ad Viennam.

299. NIGRA, Schwarzer Holzkäfer.

Leptura *nigra*, elytris fastigiatis, corpore nigro nitido, abdomine ruso. *Lin. S. N. gen.* 205. *sp.* 14.

Lin. faun. suec. n. 689.

Le stencore noir à ventre rougeâtre. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 227.

Spiegel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 287.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{2}{3}$ lin.
elytri $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum $\frac{2}{3}$ —

Habitat in Bulgaria.

300. REVESTITA, Schwarzgedeckter Holzkäfer.

Leptura *revestita*, testacea, elytris, pectore, antennisque atris. *Lin. S. N. gen.* 205. *sp.* 6.

Schwarzdecke. *Müll. Lin. Nat. Cl V. p.* 285.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{4}$ lin.
elytri 4 —
Latitudo inſecti $1\frac{2}{3}$ —

Habitat in Auſtria.

301. SANGUINOLENTA, Blutfärbiger Holzkäfer.

Leptura *ſanguinolenta*, nigra, elytris ſanguineis. *Lin. S. N. gen.* 205. *ſp.* 4.
Lin. faun. ſuec. n. 179.
Leptura ſanguinolenta. *Scop. carn. n.* 150.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
elytri $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum $1\frac{1}{2}$ —

Habitat in Auſtria.

302. THALASSINA, Schwarz und Blauſpielender Holzkäfer.

Leptura thorace globoſo abdomineque rubris; capite, pectore, pedibusque ni

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
elytri $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytri 1 —

Deſcr. Chryſomelis adfinis. Thorace globoſo, rubro. Elytris minime attenuatis, nec apice truncatis, ſed obtuſis, nitide coeruleis, manifeſte, ſed irregulariter punctatis. Caput, antennae, pedes, pectusque nigra. Abdomen rubrum,

ß. Varietas. Elytris non manifeſte punctatis, & minor, nam

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
elytri 2 —
Latitudo elytri $\frac{1}{2}$ —

&

& praeterea caret ſulco longitudinali thoracis, quo illa inſignitur.

Habitat in variis floribus; ſed rara.

303. Mystica, Hieroglyphiſcher Holzkäfer.

Leptura, *myſtica*, thorace globoſo tomentoſo, elytris fuſco-cinereis, antice rufis: faſciis linearibus arcuatis, lataque canis. *Lin. faun. ſuec. n.* 693.

Lin. S. N. gen. 205. *ſp.* 18.

Cerambyx quadricolor. *Scop. carn n.* 177.

La lepture arlequine *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 217.

Scheck. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 288.

	α.	β.	γ.
Menſ. Longit. a cap. ad an.	5 ;	$5\frac{1}{2}$;	$5\frac{2}{3}$ lin.
antennae	5 ;	$3\frac{3}{4}$;	$4\frac{1}{2}$ —
thoracis	1 ;	1 ;	1 —
elytri	$3\frac{1}{2}$;	4 ;	4 —
Latitudo inſecti	1 ;	$1\frac{1}{2}$;	$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Nigra; ſed antennarum articuli 7. 8. 9, baſi cani ſunt, apice nigri: Ad latera pectoris linea utrinque bis interrupta longitudinalis alba; elytra a baſi fere usque ad medium obſcure teſtacea, tum lineae tres transverſae, undulatae, albae, quarum prima angulum acutum ad futuram elytri format. Apex elytrorum late cinereus.

Habitat in hortis. Viennae primum 24. Maji lecta.

304. Rustica, Halbtrauerholzkäfer.

Leptura *ruſtica*, thorace globoſo tomentoſo, elytris cinereis: faſciis linearibus albidis undatis. *Lin. S. N. gen.* 205. *ſp.* 17.

Lin. faun. ſuec. n. 692.

Bauernböcklein. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 288.

Defcr. Statura prioris. Nigra; thorace cylindrico, poſtice anguſtiori. Elytra linearia, mollia. Color aterrimus, nitidiuſculus. Sed elytra circa medium tribus faſciis obliquis, undulatis, tenuiſſimis, & una nonnihil craſſiori transverſa prope apicem, cinguntur; faſciae hae cano colore omnes. Sextus etiam ſeptimusque antennarum articuli cani ſunt. Subtus pectoris latera linea interrupta cana marginantur, quarum linearum prior pars introrſum obliqua, altera longitudinaliter deſcendit. In primo abdominis ſegmento ſubtus utrinque arcus canus obliquus videtur. Si bene inſpiciantur, ſinguli antennarum articuli in baſi caneſcunt.

Habitat in Liguſtri ligno antiquo, in quo etiam metamorphoſin ſubit. Videtur larva infeſtari ſuo ichneumone; ego certe in quodam ejusmodi foramine lepturae loco pupam ichneumonis deprehendi, ex qua ichneumon *Luteo* ſimilis, ſi non idem, prodire debuit, ſed ante declarationem periit.

Lecta Viennae 7. April.

305. Oo, Das doppelte O.

Leptura nigra elytris griſeo irroratis, & pone apicem O dupplici notatis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	6 lin.
elytri	4 —
antennae	$2\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Nigra, ſed thorax & multo magis elytra punctis minutiſſimis canis conſita. In medio cujusvis elytri punctum majusculum canum, & in cujusvis elytri apice Ellipſis cana, oblonga.

Habitat in monte Oettſcher.

306. Fr-

306. FIGURATA, Gebildeter Holzkäfer.

Leptura nigra, elytris albo trifasciatis.
Cerambyx figuratus. *Scop. carn. n.* 176.
Leptura Lamda. *Beytraeg. zur Naturg. p.* 67. §. 13.
La lepture à raies blanches. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 215.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
elytri $3\frac{1}{3}$ —
Latitudo insecti $1\frac{1}{2}$ — circiter.

Habitat Viennae.

Quid praeterea descriptioni & figurae, quam loco supra citato dedi, addam, non habeo.

307. ARIETIS, Widderholzkäfer.

Leptura *arietis*, thorace gibboso nigro, elytris nigris: fasciis flavis: secunda antrorsum arcuata, pedibus ferrugineis.
Lin. S. N. gen. 205. *sp.* 23.
Lin. faun. suec. n. 695.
Frisch. Inf. Deut. part. 12. *p.* 32. §. 25.
La lepture a trois bandes dorées. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 214.

	α.	β.	γ.
Mens. Longit. a cap. ad an.	4 ;	$4\frac{1}{2}$;	$5\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$2\frac{2}{3}$;	3 ;	$3\frac{1}{3}$ —
Latitudo elytri	1 ;	$\frac{2}{3}$; vix ;	$\frac{1}{2}$ —

Habitat in floribus.

308. ARCUATA, Holzkäfer mit Bogenbinden.

Leptura *arcuata*, thorace globoso nigro, elytris fasciis linearibus flavis: tribus retrorsum arcuatis, pedibus ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 205. *sp.* 21. *Lin. faun. suec. n.* 696.

La lepture à croissans dorés. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 212.

Frisch. Inf. Deut. part. 12. *p.* 31. §. 22. Bogenstrich. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 289.

		α.	β.
Mensuræ.	Longit. a cap. ad an.	5 ;	6 lin.
	elytri	3 ;	4 —
	Latitudo elytrorum	$1\frac{1}{2}$;	$1\frac{2}{3}$ —

Descr. Nigra; caput tamen flavo tenui vellere tectum, certo lucis illapsu flavescit. Thorax ovatus, basi apiceque linea sulphurea cingitur, quae duae fasciae infra in unam coeunt. Elytra cinguntur fasciis quinque sulphureis, quarum una basin, altera apicem occupat, scutello pariter flavo. Pectus & abdomen nigra sunt, sed sulphureo teguntur vellere. Antennae & pedes rufescunt.

Locus 22. Julii in floribus in *Kagran* & alias passim in floribus obvia.

309. VERBASCI, Wollkrautböcklein.

Leptura *verbasci*, thorace subovato nigro; elytris fasciis tribus nigris, prima semiannulata. *Lin. S. N. gen.* 205. *sp.* 22.

La lepture jaune à bandes noires. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 216.

Wollkrautböcklein. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 290.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	5 lin.
elytri	$3\frac{1}{2}$ —
antennae	$2\frac{3}{4}$ —
Latitudo inſecti	$1\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Sulphurea. Thorax ſubgloboſus, tomentoſus, in medio faſcia nigra ex maculis tribus coalita. Elytra ſulphurea, prope baſin faſcia in formam litterae C ſingula notata, ita tamen, ut convexa pars marginem interiorem reſpiciat, qui elytro concolor eſt; tum faſciae duae, communes nigrae, Antennae tibiaeque nigri coloris, femora tamen ex flavo in viridem degenerant.

Lecta Viennae circa finem Julii, in flore Achilleae millefolii.

310. SPINOSAE, Schlehenholzkäfer.

Leptura thorace elytrisque coeruleis, femoribus omnibus clavatis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{3}$ lin.
antennae	$2\frac{1}{3}$ —
elytri	$1\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti	$\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Nigra. Antennarum baſes, articulus primus totus, & ſecundus dimidius teſtudineo-rubri, uti & pedes, ſed plantae, & femorum, quae clavata, clavae nigri coloris ſunt. Thorax poſtice anguſtior, ipſe, uti & elytra punctis crebris, minutis ſparſis, excavatis. Color thoracis, elytrorumque profunde cyaneus (*Schlachenblau*, SCHIFFERM).

Habitat in medulla ramulorum emortuorum Pruni *ſpinoſae*, ubi evolvitur. Declaratur Majo.

Lectus Viennae; pupas plures inveni, unam tamen tantum ad declarationem perduxi.

NECYDALIS, Baſtardbockkäfer.

311. Rufa, Rothlichter Baſtardbockkäfer.

Necydalis *ruſa*, elytris ſubulatis nigra, femoribus omnibus clavatis, elytris antennisque rufis. *Lin. S. N. gen.* 206. *ſp.* 6.
La lepture à etuis étranglés. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 220.
Röthling. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 295.

Menſurae. Longit a cap. ad an.	$5\frac{1}{2}$ lin.
elytri	3 —
Latit. elytrorum in baſi	$1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Antennae rufae: articulo primo baſeos toto, & apicibus ſuccedentium quatuor articulorum nigris. Caput, thorax, abdomen, & femorum quatuor anticorum clavae nigrae. Elytra, tibiae & femora duo poſteriora teſtacea. Elytra valde attenuata ſubplicata. Thorax tritubérculatus. Abdominis latera tres faſcias albas habent.

312. Simplex, Dünnſchenklichter Baſtardbockkäfer.

Necydalis *ſimplex*, elytris ſubulatis teſtaceis, pedibus ſimplicibus. *Lin. S. N. gen.* 206. *ſp.* 10.
Cantharis phthyſica. *Scop. carn. n.* 144.
Dünnſchenkel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 296.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$5\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$3\frac{3}{4}$ —
antennae	$3\frac{3}{4}$ —
Latitudo inſecti	2 — fere.

Deſcr. Tota nigra; ſola elytra, quae mollia ſunt, & apicem verſus attenuantur, teſtacei coloris; & horum tamen margo exterior apicem verſus niger. Alae ſuliginoſae. Pedes nigri; femora omnia ſimplicia. An igitur eadem, quam Nos hic, Scopoli, Lin-

Linnaeusque suis locis descripserunt? An praesens sexus alter speciminis praecedentis? quod postremum vehementer suspicor; & femora clavata in hoc genere non speciei sed sexus, aut ad summum, varietatis characteres existimo.

Obs. Acaro vegetante infestatur.

Locus Viennae 26. Maji.

313. CANTHAROIDES, Fliegenkäferartiger Bastardbockkäfer.

Necydalis elytris attenuatis obscure testaceis, apice nigris; thorace rubro.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
elytri $4\frac{2}{3}$ —
Latit. ad basin elytrorum. 2 —

Descr. Similis priori; sed elytra minus attenuata, & apice fusca ad marginem exteriorem. Thorax ruber. Femora omnia simplicia; alae fuscae.

314. PODAGRARIAE, Doldenbastardbockkäfer.

Necydalis *podagrariae*, elytris subulatis testaceis, corpore nigro femoribus posticis clavatis; basi testaceis. *Lin. S. N. gen.* 206. *sp.* 9.

Angelickbock. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 295.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin. fere.
elytri $2\frac{2}{3}$ —
antennae 3 —
Latit. in basi elytrorum. 1 —

Descr. Nigra; pedes testacei, sed postici nigri; femora tamen postica, quae clavata, basi rubra, clava atra nitenti. Elytra testacea, margine exteriore apiceque nigris.

Habitat in floribus umbellatis.

Lecta in floribus Dauci Carotae in Kallenberg 29. Julii.

315. Flavescens, Gelblichter Baſtardbockkäfer.

Necydalis *flavescens*, elytris ſubulatis teſtaceis, corpore nigro femoribus poſticis clavatis arcuatis. *Lin. S. N. gen.* 206. *ſp.* 8.

Cantharis femorata. *Scop. carn. n.* 145.

La cantharide fauve à groſſes cuiſſes. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 343.

Gelbling. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 295.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$3\frac{1}{3}$ lin.
elytri	$2\frac{3}{4}$ —
antennae	3 —
Latit. in baſi elytrorum	1 —

Deſcr. Tota nigra, parum tomentoſa. Elytra fulva attenuata, eaque pariter ſubtomentoſa, margine externo nigricante. Femora poſtica valde clavata.

Lecta in Pratter 4. Julii.

316. Pratterana, Pratteriſcher Baſtardbockkäfer.

Necydalis elytris ſubulatis teſtaceis, nigra; femoribus omnibus ſimplicibus; abdomine lateribus rubro.

La cantharide jaune veloutée. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 343.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	4 lin.
abdominis *ſubtus*	$2\frac{1}{3}$ —
elytri	3 —
antennae	3 —
Latit. in baſi elytrorum	1 —

Deſcr. Os prominulum, fere ut in Cicindelis; oculi proſtantes; thorax ſulco transverſo; elytra ſubula-

ta,

ta, teſtacea; marginibus, interiori exteriorique elevatis, nec ad apicem abdominis pertinentibus, mollibus, tomentoſis. Abdomen lateribus, non ad apicem usque, rubrum. Coetera nigra.

Fortaſſe ſexus alter ſpeciei praecedentis.

Leſta Viennae in Pratter 15. Julii.

317. COERULEA, Blauer Baſtardbockkäfer.

Necydalis *coerulea*, elytris attenuatis, coerulea.

Necydalis coerulea. *Lin. S. N. gen.* 206. *ſp.* 4.
Cantharis nobilis. *Scop. carn. n.* 146.
La cantharide verte à groſſes cuiſſes. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 342.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$4\frac{2}{3}$ lin.
elytri	$3\frac{1}{2}$ —
antennae	$3\frac{1}{3}$ —
Latit. in baſi elytrorum	$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Viridi nitens, elytris coeruleis. Elytra ſublente lineas tres elevatas longitudinales habent, quarum intima medium non attingit, media ultra medium nonnihil excurrit, extrema haud procul ab apice deſinit. Datur ſpecimen etiam thorace coeruleo. Elytra ſubtus, antennae, tibiae, oculi, & os nigra.

Obſ. Deficiunt in meis ſpeciminibus femora clavata; coeterum adprime cum deſcriptione Geoffroyana conſentiunt; ut adeo jure indies in mea opinione confirmer, clavas femorum nec in hoc, nec fortaſſe in ullo alio genere ſpecies diverſas conſtituere; exempla certo jam alias occurrerunt.

Habitat in floribus.

Leſta Viennae 4. Junii.

318. Virescens. Grünlichter Baſtardbockkäfer.

Necydalis thorace teretiuſculo, corpore virescenti-fuſco.

Cantharis virescens. *Lin. S. N. gen.* 208. *ſp.* 24.

Jägerrock. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 313.

Menſurae maris. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{3}$ lin.
antennae 2 —
elytri 2 —
Latitudo in baſi elytrorum. $\frac{2}{3}$ —

Menſurae in femina.

Longitudo a capite ad an. 4 lin.
antennae $2\frac{1}{3}$ —
elytri 3 —
Latitudo in baſi elytrorum 1 —

Deſcr. Viridi-aenea tota, parum nitens. Abdomen ſub alis utrinque linea flava. Antennae nigrae. Elytra mollia ſubattenuata, lineis tribus elevatis. Alae fuliginoſae. Pedes aequales, ſed femora poſtica in mare craſſa, in femina ſimplicia. Thorax ſubcilindricus, inaequalis.

Coroll. Ex praeſenti ſpecie denuo confirmatur, clavas non conſtituere ſpecies, ſed plerumque ſexum diſcriminare.

Scholion. Male, & invito habitu ab Ill. Linnaeo ad Cantharides refertur.

Lecta in floribus Euphorbiae *Cypariſſ.* 17. Maji in Pratter.

319. Ustulata, Roſtfarbener Baſtardbockkäfer.

Necydalis nigra; elytris ferrugineis, extrorſum late nigris.

Can-

Cantharis uſtulata. *Scop. carn. n.* 140.
Leptura ferruginea. *Beytraeg. zur Nat. p.* 68. §. 14. *tab.* 3. *f.* 14.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
elytri 3 —
antennae $3\frac{1}{2}$ —
Latit. in baſi elytrorum $1\frac{1}{3}$ —

Obſ. Quod elytra ſubattenuata, eaque ſingula ſtriis tribus longitudinalibus elevatis notata, quarum intima breviſſima, longiſſima extima, quae tamen ipſa ad apicem non pertingit, huc refero.

Habitat Viennae, Lincii.

320. BIPARTITA, Baſtardbockkäfer mit getheiltem Rückenſchilde.

Necydalis nigra, thorace ferrugineo: linea longitudinali nigra; elytris macula baſeos communi ferruginea.
Leptura bipartita. *Beytraeg. zur Nat. p.* 68. §. 15.
Cantharis ruſiventris. *Scop. carn. n.* 139.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
elytri 3 —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{2}$ —

Schol. In hoc ſpecimine elytra minime attenuata, lineis tamen tribus eodem modo ac prioris inſigniuntur, intima breviſſima extima longiſſima. Cui ego characteri in hoc genere multum tribuo. Reliquo etiam habitu Necydalibus accedit, quo forte omnes *Cantharides thorace teretiuſculo* LINNAEI. referendae.

Habitat Lincii.

LAM-

LAMPYRIS, Glanzkäfer.

321. SPLENDIDULA, Johanneswürmchen. Sonnenwendkäferchen.

Lampyris *splendidula*, oblongiuscula, fusca, clypeo supra oculos fenestrato. *Lin. S. N. gen.* 207. *sp.* 3.

Cantharis noctiluca. *Pod. mus. graec. p.* 39.

Cassida noctiluca. *Scop. carn. n.* 118.

Glanzkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 301.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	$4\frac{1}{2}$	lin.
elytri	$3\frac{1}{2}$	—
thoracis	1	—
Latitudo elytrorum	2	—

Habitat in graminosis Austriae passim, stellae instar terrestris lucens.

Pedes testacei; thorax antice pallidior, maculis duabus albidis, coetera cum elytris fuscus. Elytra striis duabus elevatis singula.

322. SANGUINEA, Rother Glanzkäfer.

Lampyris *sanguinea*, nigra, thoracis lateribus elytrisque sanguineis; disco thoracis saturatiori. *Lin. S. N. gen.* 207. *sp.* 17.

Cantharis sanguinea. *Lin. faun. suec. n.* 704. *Pod. mus. graec. p.* 40,

Cassida sanguinea. *Scop. carn. n.* 119.

Le ver luisant rouge. *Geoffr. Paris. part.* 1. *p.* 169.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	4 lin.
elytri	$3\frac{1}{2}$ —
thoracis	$\frac{1}{2}$ —
antennae	$2\frac{1}{2}$ —
Latitudo thoracis	$\frac{2}{3}$ —
elytrorum	$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Nigra; thorax elytraque laete coccinea. Thorax rugis elevatis quinque, foveolas conſtituentibus, ſaturatius coloratis; Elytra ſtriis quatuor elevatis, intra quas ſulgulas, & margines, punctorum excavatorum albidodiaphanorum ordines duo, elytra ad lentem quaſi reticulata conſtituentes. Antennae ſubſerratae.

PYROCHROA, Feuerinſect.

323. PURPURATA, Hochrothes Feuerinſect.

Pyrochroa nigra; thorace elytrisque coccineis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	8 lin.
capitis	1 —
antennae	$3\frac{1}{4}$ —
thoracis	$1\frac{1}{4}$ —
elytri	6 —
femoris pedis antici	2 —
tibiae ejusdem	$1\frac{1}{3}$ —
plantae ejusdem	1 —
femoris pedis poſtici	$2\frac{1}{2}$ —
tibiae ejusdem	2 —
plantae ejusdem	1 —
Latitudo capitis in baſi accepta	1 —
thoracis	$1\frac{2}{3}$ —
elytri unius	2 —
abdominis	$2\frac{1}{2}$ —

Deſc.

Defcr. Color infecti aterrimus. Caput cordatum. Labium fuperius magnum, reliquo capite depreſſius; labium inferius dimidio brevius, corporibus duobus, quae palpi inferiores, membranaceis fuſcis, apice denticulatis inſtructa. Palpi ſuperiores atri, teretes apice rubri. Maxillae ante apicem faſcia coccinea. Antennae pectinatae, decemarticulatae; articulus primus & ſecundus, qui etiam reliquis brevior, cuneiformes; tertius dente modico in latere interiori, reliquorum dentibus ſucceſſive majoribus, ſeptimo, octavo, nono, decimo ramum longum emittentibus; undecimus cylindricus. Poſt antennas oculi reniformes, transverſi. Regio inter oculos antennasque fita, cujusque quaſi in angulis dicta membra fita ſunt, depreſſior. Collum inter caput & thoracem atrum. Thorax fere orbicularis, medio ſulco leviuſculo, & utrinque puncto excavato; colore eleganter rubro, inter rubrum commune & igneum intermedio; totus pilis hujus coloris minutiſſimis, ſubtiliſſimis denſiſſime tectus, unde ſericeo ſplendore nitet. Pectus atrum. Elytra ejusdem ac thorax coloris, iisdemque pilis eodemque modo tecta, eodem ſericeo ſplendore nitentia. Pedum anticorum tarſi lobos utrinque quatuor, poſt quos unguis bifurcatus: at poſtici tres tantum gerunt. Alae fuliginoſae.

Habitat in Auſtria ſuperiori ad Lincium.

324. Satrapa, Mattrothes Feuerinſect.

Pyrochroa nigra; capite thorace elytrisque rubris.

Le cardinale. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 338.

Men-

Menſurae.	Longit. a cap. ad an.	$6\frac{1}{3}$ lin.
	capitis	$\frac{2}{3}$ —
	thoracis	$\frac{2}{3}$ —
	antennae	3 —
	elytri	5 —
	femoris antici	1 —
	tibiae anticae	1 —
	plantae anticae	$\frac{2}{3}$ —
	femoris poſtici	2 —
	tibiae poſticae	$1\frac{1}{2}$ —
	plantae poſticae	1 —
	Latitudo capitis in baſi	$\frac{2}{3}$ —
	thoracis	$1\frac{1}{3}$ —
	elytri	$1\frac{1}{2}$ —
	abdominis	$1\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Color atterrimus. Caput cordatum, ſupra infraque ignei coloris (*Feuerroth* Schiefferm.) Structura labiorum palporumque, ut in priore; palpi ſuperiores toti atri. Antennae atrae; articulis tribus primis cuneiformibus, ſecundo breviſſimo, quarto ramum longum emittente, quod & reliqui deinde facere pergunt, ſed undecimus teres. Oculi atri, reniformes, ab antennis magis, quam in priori ſpecie remoti, una ſui parte tantum in ſuperiori capitis regione ſiti. In fronte fovea ampliuſcula, caput mortuum repraeſentatura, ſi eſſet, quod oculorum foramina referret. Collum rubrum. Thorax ſtructura prioris, ſed tam ipſe, quam pectoris latera, ignei coloris, ſterno atro; pectus pedesque & abdomen punctis minutiſſimis creberrimis excavatis conſperſa. Elytra ſericea ex pilis, ut in priori ſpecie, ſed ignei coloris. Univerſim praeſens ſpecies priori elegantia multum concedit.

Habitat in Auſtria.

Can-

CANTHARIS, Fliegenkäfer.

325. Fusca, Brauner Fliegenkäfer.

Cantharis *fusca*, thorace marginato rubro, macula nigra, elytris fuscis. *Lin. S. N. gen.* 208. *sp.* 2.

Lin. faun. suec. n. 120.
Pod. mus. graec. p. 40.

Cantharis fusca. *Scop. carn. n.* 120.

La cicindele noire à corcelet maculé. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 171.

Räuber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 307.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	6 lin.
elytri	$4\frac{1}{2}$ —
antennae	$3\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti	$1\frac{1}{2}$ —
thoracis	$1\frac{1}{2}$ —

Descr. Elytra mollia, ut in toto genere. *Nigra* sunt: antennae, elytra, femorum apices, tibiae, oculi, thoracis macula. *Rubra:* abdomen, thorax, femorum bases, caput. *Fuscae* alae.

Habitat passim in plantis aestate copiosissima.

326. Livida, Schlägegelber Fliegenkäfer.

Cantharis *livida*, thorace marginato, tota testacea. *Lin. S. N. gen.* 208. *sp.* 3.

Lin. faun. suec. n. 701.

Cantharis livida. *Scop. carn. n.* 122.

La Cicindele à corcelet rouge. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 172.

Bleyfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 308.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		6 lin.
	elytri	$4\frac{1}{2}$ —
	antennae	$3\frac{1}{2}$ —
Latitudo thoracis		1 —
	elytrorum	$1\frac{1}{3}$ —

Habitat paſſim in floribus plantarum.

327. RUFA, Röthlichter Fliegenkäfer.

Cantharis *ruſa*, thorace marginato, tota rufa, epigaſtrio, alisque nigris. *Lin. S. N. gen.* 208. *ſp.* 4.
Lin. faun. ſuec. n. 703.
Cantharis livida. *Pod. mus. graec. p.* 40.
Cantharis fulva. *Scop. carn. n.* 124.
Rothſchild. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 308.

	α.	β.
Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$3\frac{2}{3}$;	$4\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$2\frac{2}{3}$;	$3\frac{1}{2}$ —
antennae	$2\frac{2}{3}$;	$2\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{3}$;	$1\frac{1}{2}$ —

Habitat in floribus.

328. LATERALIS, Gelbgerändelter Fliegenkäfer.

Cantharis *lateralis*, thorace marginato rubro, corpore fuſco, elytris margine exteriore flaveſcentibus. *Lin. S. N. gen.* 208. *ſp.* 6.
Lin. faun. ſuec. n. 707.
Gelbrand. *Müll. Lin. Nat. Cl V. p.* 309.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$2\frac{2}{3}$ lin.
elytri	2 —
Latitudo inſecti	$\frac{2}{3}$ —

Descr. Thorax, cum pedibus, antennis & magna abdominis parte, rufus. Reliqua nigra, margine elytrorum ferrugineo.

Habitat in floribus Lincii.

329. Aenea, Kupferfliegenkäfer.

Cantharis *aenea*, thorace marginato, corpore viridi-aeneo, elytris extrorsum undique rubris. *Lin. S. N. gen.* 208. *sp.* 7. *Lin. faun. suec. n.* 708. *Pod. mus. graec. p.* 40.

Cantharis aenea. *Scop. carn. n.* 126.

La Cicindele bedeau. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 174.

Der Roth- und Grünkäfer mit weichen Flügeldecken. *Schaef. Abhandl. tom.* 1. *tab.* 2. *f.* 10.

Kupferfliegenkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 309.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
elytri $2\frac{1}{3}$ —
antennae 2 —
Latitudo insecti $1\frac{1}{3}$ —

Descr. Aeneo-nigra; sed os flavum, totusque elytrorum margo exterior posticusque late coccineus. Thorax quoque basi utrinque margine coccineus. Sub thorace & sub elytris utrinqueveſiculae ad libitum animalis exserendae. Antennarum bases, uti & reliqui earum articuli, nigrae; sed articulus secundus exserit mucronem flavescentem, fere strictum, & tertius similem, sed deorsum curvum. Pedes nigri.

Habitat passim in floribus.

330. Pi-

330. BIPUSTULATA, Rothſpiziger Fliegenkäfer.

Cantharis *bipuſtulata*, thorace marginato, corpore aeneo-viridi; elytris apice rubris. *Lin. S. N. gen.* 208. *ſp.* 8.
Lin. faun. ſuec. n. 709.
Pod. muſ. graec. p. 40.
Cantharis bipuſtulata. *Scop. carn. n.* 127.
La Cicindele verte à points rouges. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 175.
Rothſpize. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 309.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2⅔ lin.
elytri 2 —
Latitudo inſecti 1 —

Habitat in floribus, ova rubra deponere mihi olim viſa.

331. PEDICULARIA, Läuſeartiger Fliegenkäfer.

Cantharis *pedicularia*, thorace marginato, corpore atro, elytris apice rubris. *Lin. S. N. gen.* 208. *ſp.* 9.
Lin. faun ſuec. n. 710.
Läuſefliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 309.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
elytri 1 —

Deſcr. Nigra; abdomen utrinque cingitur alternatim faſciis dimidiatis rubris nigrisque. Antennae, ſaltem baſi, pedes, elytrorum apex rubra.
Lecta Viennae Menſe Junio.

332. BIGUTTATA, Gelbſpiziger Fliegenkäfer.

Cantharis *biguttata*, thorace marginato, medio atro, elytris abbreviatis nigris apice flavis. *Lin. S. N. gen.* 208. *ſp.* 11.
Lin. faun. ſuec. n. 712.

La Cicindele noire à points jaunes & corcelet noir. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 176.
Gelbſpize. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 310.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1⅔ lin.
elytri 1 —

Obſ. Dantur ſpecimina corpore toto ſubtus flava. Fors Cantharides *Biguttata* & *Minima* Linnaei idem inſectum.

Habitat in floribus adulta aeſtate non rara.

333. Testacea, Braunſchildiger Fliegenkäfer.

Cantharis teſtacea, thorace marginato flavo, macula nigra, corpore nigro, elytris pedibusque lividis. *Lin. S. N. gen.* 208. *ſp.* 15.
Lin. faun. ſuec. n. 714.
Cantharis biguttata. *Scop. carn. n.* 123.
Braunſchild. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 310.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2½ lin.
elytri 2 —

Habitat in floribus; rarior.
Lecta Lincii.

334. Atra, Schwarzer Fliegenkäfer.

Cantharis tota atra, tomentoſula, pedibus fuſcis.
Cantharis atra. *Lin. S. N. gen.* 208. *ſp.* 16.
Mohr. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 311.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
elytri 1⅗ —

Deſcr. An Linnaeanum Synonymon recte laudaverim, judicet ipſe vir clariſſimus. Inſectum noſtrum oblon-

oblongum, tomentosulum, ex longis pilis, fine lente visibilibus; nigrum; pedibus fuscis; antennis serratis, thorace nonnihil longioribus.

Habitat in floribus Viennae.

335. Obscura, Dunkler Fliegenkäfer.

Cantharis *obscura*, thorace marginato marginibus rubris, elytris nigris. *Lin. S. N. gen.* 208. *sp.* 5.

Lin. faun. suec. n. 706.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	4 lin.
elytri	$2\frac{2}{3}$ —
thoracis	$\frac{3}{4}$ —
antennae	3 —
Latitudo insecti	1 —

Descr. Similis fuscae, sed tota nigra, magisque elongata. Soli thoracis abdominisque margines rubent.

Varietas: Minor; elytris ex nigro virentibus.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{2}$ lin.
elytri	2 —

Lecta 22. April in Kallenberg.

336. Berberidis, Berberisfliegenkäfer.

Cantharis elytris abbreviatis testaceis, thorace linea longitudinali rubra.

Mensurae. Long. a cap. ad an.	$1\frac{1}{4}$ lin.
elytri	$\frac{3}{4}$ —
antennae	1 —
Alae	1 —
Latitudo insecti	$\frac{1}{3}$ —

Descr. Palpi rufi; antennae fuscae basi rubrae. Reliqua testacea. Thorax in medio linea longitudinali

rubra percurritur, quae dein totum marginem posteriorem occupat. Vel si praeplacet, thorax rufus est, lateribus nigris. Femora nigra, tibiae flavescentes.

Habitat copiosa in foliis Berberidis, inquietum animal, perpetuo avolans statim rediturum.

ELATER, Springkäfer.

337. Castaneus, Brauner Springkäfer.

Elater thorace viridiaeneo pubescente; elytris castaneis, apice virescenti-nigris corpore viridi-aeneo.

Elater castaneus. *Scop. carn. n.* 286.

Elater castaneus. *Lin. S. N. gen.* 209. *sp.* 18.
Lin. faun. suec. n. 727.
Pod. mus. graec. p. 41. *n.* 1.

Le taupin à corcelet velouté. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 132.

Braunrock. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 322.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $8\frac{1}{3}$ lin.
elytri $5\frac{3}{4}$ —
Latitudo insecti $2\frac{1}{2}$ —

Descr. Viridi-aeneus, elytris testaceis, apice macula lanceolata viridi-aenea. Antennae maris pectinatae. Linnaeanum synonymon videtur varietas.

Habitat Viennae.

338. Pectinicornis, gekämmter Springkäfer.

Elater *pectinicornis*, thorace elytrisque aeneis, antennis maris pectinatis. *Lin. S. N. gen.* 209. *sp.* 32.
Lin. faun. suec. n. 741.
Pod. mus. graec. p. 41.

Elater pectinicornis. *Scop. carn. n.* 278.

Le

Le taupin brun cuivreux. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 134.

Kopfkamm. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 325.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 7 lin.
elytri $5\frac{1}{2}$ —
antennae $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytri $1\frac{1}{3}$ —

Habitat ad Lincium.

339. Aeneus, Kupferglänzender Springkäfer.

Elater *aeneus*, thorace elytrisque coerulescenti-aeneis, pedibus sanguineis. *Lin. S. N. gen.* 209. *sp.* 31.
Lin. faun. suec. n. 740.
Pod. mus. graec. p. 41. *n.* 7. hic aut sequens est.

Kupferschild. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 325.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{4}$ lin.
elytri $4\frac{1}{4}$ —
Latitudo insecti $2\frac{1}{2}$ —

Pedes in hoc insecto sanguinei, glabri; reliqua fusco-viridi-aenea; subtus obscurius.

Habitat Lincii.

340. Nitens, Glänzender Springkäfer.

Elater thorace elytrisque coerulescenti-aeneis; pedibus obscure viridi-aeneis.
Elater nitens. *Scop. carn. n.* 279.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
elytri $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti $2\frac{1}{2}$ —

Priori per omnia similis, solis pedibus abdomini concoloribus, & non nihil pilosis diversus.

Habitat inter olera. *Lincii.*

341. SANGUINOLENTUS, Blutigeingesaumter Springkäfer.

Elater ater, elytris sanguineis, margine interiori macula magna ovata atra communi. *Beytraeg. zur Nat. p.* 69. §. 16.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	5 lin.
elytri	$3\frac{2}{3}$ —
Latitudo insecti	$1\frac{5}{6}$ —

Habitat in alneto ad Zizelau prope Lincium non rarus, nec alibi praeterea visus.

342. THORACICUS, Rothrückigter Springkäfer.

Elater fuscus; thorax elytraque punctis albidis sparsis, abdomine supra fulvo.

Elater thoracicus, *Scop. entom. carn. n.* 282.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$6\frac{1}{4}$ lin.
elytri	$4\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti	3 —

Descr. Fuscus; in thorace elytrisque sparsis inordinate punctis albidis. Abdomen superne sub elytris rubrum seu aurantium.

Habitat in floribus Euphorbiae Cyparissiae in Pratter.

343. CARBONARIUS, Kollenbrennender Springkäfer.

Elater ater, atrofarinosus, punctis minutissimis albis interjectis, antennis serratis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$6\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$4\frac{1}{2}$ —
Latitudo insecti	2 —

Descr.

Descr. Totus aterrimus, minime nitidus. Elytra punctatostriata; sed hae striae non comparent, nisi dedita opera deleantur squammulae, queis totum corpus omnesque artus quasi quodam pulvere teguntur. Squammulae hae atterrimae, intermixtis pilis albis. Antennae thorace breviores serratae.

Habitat Viennae.

344. ATERRIMUS, Gagatschwarzer Springkäfer.

Elater aterrimus, ater, thorace opaco punctato, elytris striatis. *Lin. S. N. gen.* 209. *sp.* 17. *Lin. faun. suec. n.* 726.

Le taupin en deuil. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 136.

Punctirer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 321.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
elytri 4 —
Latitudo elytrorum $1\frac{3}{4}$ —

Aterrimus; thorace punctato, elytris striatis. Villosulus.

Habitat in Austria.

345. HAEMATOCERAS, Rothgehörnter Springkäfer.

Elater niger; antennis pedibusque rubris.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
elytri $4\frac{1}{7}$ —
Latitudo elytrorum $1\frac{2}{7}$ —

Simillimus priori; sed antennae, quae subtus serratae, pedesque ex fusco sanguinei.

Habitat Viennae in gramine.

346. Murinus, Grauer Springkäfer.

Elater *murinus*, thorace obſcure cinereo, elytris cinereo nebuloſis, plantis rufis. *Lin. S. N. gen.* 209. *ſp.* 28. *Lin. faun. ſuec. n.* 738.

Waſſerwolke. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 324.

Le taupin gris-de-ſouris. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 135.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$5\frac{1}{3}$	lin.
elytri	$3\frac{2}{3}$	—
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{4}$	—

Antennae quoque ſerratae rufae.

Habitat in plantis Auſtriae.

347. Obscurus, Dunkelfärbigter Springkäfer.

Elater *obſcurus*, thorace fuſco obſcuro, elytris obſcure teſtaceis, *Lin. S. N. gen.* 209. *ſp.* 25.

Lin. faun. ſuec. n. 735.

Elater niger, elytris teſtaceo-fuſcis. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 131.

Nachtſchatten. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 323.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	5	lin.
elytri	$3\frac{1}{3}$	—

Habitat in hortis Auſtriae.

348. Austriacus, Oeſterreichiſcher Springkäfer.

Elater ferrugineus, oculis ſolis nigris; antennis thorace multo longioribus.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
elytri 3 —
thoracis $1\frac{1}{3}$ —
antennae $2\frac{1}{3}$ —
Latitudo inſecti 1 —

Deſcr. Tomentoſulus; per omnia ferrugineus, elytris ſubtiliter ſtriatis. Oculi ſoli nigri. Antennae longae, prope filiformes.

349. LINEARIS, Linealförmiger Springkäfer.

Elater *linearis*, thorace nigro, lateribus rufis; elytris teſtaceis linearibus. *Lin.* S. *N. gen.* 209. *ſp.* 13.

Lin. faun. ſuec. n. 723.
Pod. mus. graec. p. 41.

Streifſchild. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 320.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{2}$ lin.
elytri $4\frac{1}{3}$ —
thoracis $\frac{2}{3}$ —
antennae $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Linearis; caput nigrum; antennae baſi rubrae, tum fuſcae: ſubfiliformes, longae. Thorax ruber, non niger, ut in Linnaeano ſpecimine, medio linea excavata longitudinali. Scutellum nigrum. Elytra ferruginea, ſtriato-punctata. Abdomen nigrum, apice rubrum. Pedes ferruginei.
Habitat in Auſtria.

350. PURPUREUS, Purpurner Springkäfer.

Elater niger, thorace atro: vellere raro purpureo; elytris purpureis, lineis duabus elevatis.

An varietas elateris *ſanguinei*?

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
elytri 3 —
antennae 2 —

Deſcr. Antennae nigrae pectinatae; caput nigrum, thorax antice anguſtior, niger, byſſo coccinea tectus, hinc purpuram ſub vario ſitu oculi exhibens. Scutellum atrum. Elytra coccinea, lineis duabus elevatis; ſtriato-punctata. Alae fuliginoſae. Subtus omnibus artibus aterrimus.

Habitat Lincii; ad feneſtram advenit.

351. Ruficollis, Rothhalſiger Springkäfer.

Elater *ruficollis*, thorace rubro nitido antice nigro elytris corporeque nigris. *Lin. S. N. gen.* 209. *ſp.* 14.

Lin. faun. ſuec. n. 724.

Rothkragen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 321.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
elytri 2 —

Deſcr. Totus ater, thorax convexus, ruber. Elytra ſubſtriata.

Habitat Viennae in hortis.

352. Marginatus, Gerändelter Springkäfer.

Elater *marginatus*, thorace ſubfuſco, elytris teſtaceis, margine undique nigro. *Lin. S. N. gen.* 209. *ſp.* 23.

Lin. faun. ſuec. n. 733.

	α.	β.
Menſurae. Longit. a cap. ad an.	4 ;	2 lin.
elytri	3 ;	$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo totius	$\frac{3}{4}$;	$\frac{1}{3}$ —

Deſcr.

Descr. Caput cum corpore nigrum est. Elytra sola fusco-testacea, subpubescentia, margine omni nigro.

Mirum, quantum magnitudine variet.

Habitat aestate hinc inde in floribus.

353. Fuscus, Schwärzlichter Springkäfer.

Elater niger; elytris nigro-aeneis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{2}{3}$ lin.
elytri $1\frac{2}{3}$ —

Descr. Totus niger; thorax nonnihil ex nigro aeneus, ad lentem punctatus; elytra thorace pallidiora; ad lentem punctato-striata, & praeterea adhuc subtilissime punctata.

Habitat Lincii.

354. Pulchellus, Gelbfüßiger Springkäfer.

Elater *pulchellus*, thorace capiteque atris, elytris nigris: maculis flavicantibus, pedibus flavis. *Lin. faun. suec. n.* 745.
Lin. S. N. gen. 209. *sp.* 35.
Gelbfuß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 325.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{3}{4}$ lin.
elytri 1 —

Descr. Antennae thoracis longitudine; thorax niger, nitidus, angulis acutissimis. Elytra nigra, striata, maculis tribus circularibus in serie longitudinali positis picta. Elegantissimum animalculum. Celeriter currit, Carabi instar.

Locus Viennae in littore sabuloso Danubii, 18. April.

CICIN-

CICINDELA, Laufkäfer.

355. HYBRIDA, Baſtardlaufkäfer.

Cicindela *hybrida*, ſubpurpuraſcens, elytris, faſcia, lunulisque duabus albis. *Lin. S. N. gen.* 210. *ſp.* 2.

Lin. faun. ſuec. n. 747.

Cicindela bybrida. *Scop. carn. n.* 183.

Le bupreſte à broderie blanche. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 155.

Läufer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 328.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6½ lin.
elytri 4 —

Deſcriptio Scopolina incomparabilis.

Habitat in viis ſabuloſis.

356. VIENNENSIS, Wieneriſcher Laufkäfer.

Cicindela viridis, margine exteriori, faſciisque tribus albis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4½ lin.
elytri 2¾ —
Latitudo elytrorum 1¼ —

Deſcr. Supra obſolete viridi-aenea. Labium oris ſuperius album. Thorax viridis, pilis quibusdam albis hirſutus; elytra cuprea, punctis excavatis viridibus conſperſa, unde ſingularis color. Margo exterior albus, unde haud procul a baſi ramus litteram C formans introrſum porrigitur, marginem tamen interiorem non attingens; tum alia linea undulata usque ad ipſum marginem interiorem excurrens, ipſo tamen hoc margine intacto; apex pariter albus, ante quem adhuc alia limeola brevis antrorſum ex margine exteriori albo enaſcitur. Subtus viridi-aurata, pectore abdominisque lateribus

ribus pilis albis valde hirsuta. Pedes tenuissimi, longi:

Lecta olim in Augarten Viennae. 1769.

357. CAMPESTRIS, Curierkäfer.

Cicindela campestris, viridis, elytris punctis quinque albis. *Lin. S. N. gen.* 210. *sp.* 1. *Lin. faun. suec. n.* 746.

Cicindela campestris. *Scop. carn. n.* 181.

Cicindela austriaca. *Beytraeg. zur Nat. Cl. V. p.* 69. §. 17.

Le velours vert à douze points blancs. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 154.

Curier. *Müll. Lin Nat. Cl. V. p.* 328.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.		$6\frac{1}{2}$ lin.
	elytri	4 —
Latitudo elytrorum		$2\frac{2}{3}$ —

Habitat in viis arenosis Austriae superioris.

Descriptiones Authorum laudatorum optimae, SCOPOLI praesertim ac LINNAEI. Synonymon PODAE ad Cicindelam hybridam potius, quam ad hanc speciem referendum.

358. GERMANICA, Postknechtkäfer.

Cicindela *germanica*, viridis, elytris quinque albis. *Lin. S. N. gen.* 210. *sp.* 4.

Cicindela Germanica. *Scop. carn. n.* 182. *Pod. mus. graec. p.* 42.

Le bupreste verte à six points blancs. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 156.

Postknecht. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 329.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
elytri 3 —
Latitudo elytrorum $1\frac{2}{3}$ —

Color obſcure viridis; apicibus elytrorum lunula argentea terminatis: ad marginem externum punctum majus & minus in ſingulis elytris. Haec ad diagnoſin ſufficiunt. Fuſiorem deſcriptionem dabunt authores laudati; ex quibus tamen Scopolina imperfectior, quod elytra non ſatis expreſſerit; Geoffroyana optima. Subtus ſpecimen meum nigro-violaceum totum, nitens.

Habitat Ottensheimii Auſtriae ſuperioris, ad vias ſabuloſas.

359. Riparia, Uferlaufkäfer.

Cicindela viridi-aenea, elytris punctis latis excavatis mammeloſis.

Cicindela riparia. *Lin. S. N. gen.* 210. *ſp.* 10.
Lin. faun. ſuec. n. 749.
Pod. mus. graec. p. 42.

Le bupreſte a mammelons. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 156.

Uferſteiger. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 330.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
antennae 1 —
elytrorum 2 —
Latitudo inſecti $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Inſectum elegantulum, nigro-cupreum, ſubtus etiam vireſcens; plantae ſolae nigrae. Facile a congeneribus dignoſcitur punctis latis excavatis, ſed his cavitatibus alia quadam materia expletis, mammillas vocat Geofroy, quae eſt cruſta diverſi a reliquo corpore coloris, minutis punctulis plena, & margine inſtructa.

Habitat

Habitat in locis humidis, ad lacus, minus, quam congeneres, velox.
Lecta Menſe Majo.

360. CARABOIDES, Erdkäferartiger Laufkäfer.

Cicindela *coraboides*, thorace cordato, hemisphaerico, marginato; elytris nigro-aeneis, punctis copioſis impreſſis.

Menſurae. Longit. ad cap. ad an. 3 lin.
elytri 2 ½

Deſcr. Caput & thorax nigro-aenea; oculi exſerti, & maxillae inſignes. Thorax perfecte cordatus, marginatus, ut in carabis, ſed margo anguſtus, linea longitudinali excavata. Elytra nigro-aenea, maculis viridi-aeneis variegata, minutiſſime punctata; ad utrumque marginem puncta excavata lata in lineam longitudinalem diſpoſita. Pedes fuſci. Pectus nigro-aeneum; abdomen atrum nitens.
Habitat in Sabulo inſularum Danubialium prope Ottensheimium, velociſſime currens.

361. AQUATICA, Schwarzlaſürter Laufkäfer.

Cicindela *aquatica*, aenea nitida, capite ſtriato. *Lin. S. N. gen.* 210. *ſp.* 14. *Lin. faun. ſuec. n.* 752.
Le bupreſte à tête cannelée. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 157.
Waſſerſchwimmer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 331.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2½ lin.
elytri 1½ —
Latitudo inſecti ½ — & non nihil amplius.

Deſcriptio Geoffroyana optima.
Lecta a me ſemper in hortis minime humidis.

BUPRESTIS, Stinkkäfer.

362. MARIANA, Marilândiſcher Stinkkäfer.

Buprestis *mariana*, elytris ferratis longitudinaliter rugoſis, maculis duabus impreſſis, thorace ſulcato. *Lin. S. N. gen.* 211. *ſp.* 6. *Lin. faun. ſuec. n.* 754.

Menſurae. Longit a cap. ad an.	11 lin.
elytri	$8\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti	5 —

Deſcr. Nigra; rugis longitudinalibus impreſſis, irregularibus, praeterea in ſingulis elytris maculae duae impreſſae; cavitates hae omnes cupreo-auratae. Subtus totum animal auro ſuper ſundum nigrum dives.
Habitat — —

Olim viſa Tyrnaviae in arbuſcula adulta jam aeſtate; dein *Leſſa* in Oertſcher Monte, Julio ineunte.

363. RUSTICA, Ländlicher Stinkkäfer.

Bubreſtis *ruſtica*, elytris ſtriatis faſtigiatis, thorace punctato. *Lin. S. N. gen.* 211. *ſp.* 8. *Lin. faun. ſuec. n.* 756.
Bauer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 337.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$6\frac{1}{2}$ lin.
elytri	5 —
antennae	$1\frac{1}{2}$ — *fere.*
thoracis	$1\frac{1}{5}$ —
Latitudo inſecti	$2\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Viridi-aurea, lateribus thoracis, elytrorumque cupreis. Maxillis, tarſis, antennisque nigris. Elytra ſtriata, maculis ſeu punctis nigris, ut ſtercore muſcarum, notata. Supra in thorace, capite, elytrisque punctis excavatis ſparſim ſeminatis; infra

fra viridi - aureus. Abdomen ſupra profunde coeruleum (*Dunkelblau* SCHIFFERMÜLLER *Fabenſyſt. Tabe 2. I - a.*) Antennae fere ſerratae; oculi obſcure rubri.

Lecta 20. Maji Viennae in Augarten.

364. AUSTRIACA, Oeſterreichiſcher Stinkkäfer.

Bupreſtis *auſtriaca*, elytris ſtriatis aeneis bidentatis, capite thoraceque viridi, abdomine violaceo. *Lin. S. N. gen.* 211. *ſp.* 9.

Mordella gigantea. *Scop. carn. n.* 187.

Bupreſtis cuprea. *Pod. mus. graec. p.* 43. nomine tamen minus apto ex Linnaeo exſcripto hanc ſpeciem indicat.

Oeſterreicher. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 337.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 11 lin.
elytri 8 —
Latitudo elytrorum $3\frac{3}{4}$ —

Deſcr. Tota, ſed ſubtus magis, nigrocuprea. Antennae ſerratae. Oculi nigri; thorax excavato-punctatus; elytra ſcabriuſcula ex punctis rugoſis minutis. Puncta complura elevata majora, nigra; prope apicem inſigniter attenuantur, apice ipſo bidentato. Abdomen ſupra viridi - auratum, laeve. Corpus totum infra punctis impreſſis obliquis. nigrocupreo - aureum.

Habitat Viennae.

365. ELEGANTULA, Gepußter Stinkkäfer.

Bupreſtis coccineo - aurea, thoracis medio, elytrisque viridibus.

Le richard rubis. *Geoffr. paris. part.* 1. *p* 126.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		4½ lin.
	elytri	3 —
Latitudo inſecti		2½ —

Deſc. Igneo-aurato-rubra, uti Chryſis *ignita*; antennae coeruleo-nigrae; femoribus tibiisque ex aureo ſplendore virentibus. Plantae obſcuriores, auratae tamen. Oculi nigri. Thorax utrinque ad marginem aurato-igneum colorem habet, medio macula quadrata ſaturate viridi bifariam per lineam longitudinalem minus ſaturatam diviſa. Elytra ſaturatiuſcule viridia. Femora ſubtus leviter barbata.

Habitat in Auſtria.

366. QUADRIPUNCTATA, Vierdüpfliger Stinkkäfer.

Bupreſtis *quadripunctata*, elytris, integerrimis punctatis, thorace punctis quatuor impreſſis, corpore obſcuro. *Lin. S. N. gen.* 211. *ſp.* 22.

Lin. faun. ſuec. n. 759.

Bruſtpunct. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 340.

Menſurae Longit. a cap. ad an.		3 lin.
	elytri	2 —
Latitudo inſecti		1 —

Habitat in humidis gramineis.

367. VIRIDIS, Grüner Stinkkäfer.

Bupreſtis *viridis*, elytris integerrimis ſublinearibus punctatis, thorace deflexo, corpore viridi elongato. *Lin. S. N. gen.* 211. *ſp.* 25.

Lin. faun. ſuec. n. 762.

Der grüne Birkenmager. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 341.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
elytri 2 —
Latitudo inſecti $\frac{1}{3}$ —

Habitat Viennae.

368. NITIDULA, Glänzender Stinkkäfer.

Bupreſtis *nitidula*, elytris integerrimis, thorace marginato, utrinque depreſſo, corpore nitidiſſimo. *Lin. S. N. gen.* 211. *ſp.* 15. *Lin. faun. ſuec. n.* 757.

Le richard vert allongé. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 127.

Glanzſchild. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 339.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{4}$ lin.
elytri $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti $\frac{1}{2}$ —

Thorax abdomenque ſupra rubro-aenea. Reliqua viridia.

Habitat paſſim in Auſtria.

369. LINEARIS, Linienförmiger Stinkkäfer.

Bupreſtis linearis, nigroaenea, thorace ſubtereti.

An Bupreſtis atra. *Lin. S. N. gen.* 211. *ſp.* 26?

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{3}$ lin.
elytri $1\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti $\frac{1}{3}$ — *& modice plus.*

Deſcr. Thorax marginatus quidem, ſed lateribus ita depreſſus, ut teres videatur. Elytra linearia, anguſtiſſima. Tota punctis excavatis minutiſſimis conſperſa. Color nigro-aeneus cum modico virore. Antennae ſerratae nigrae.

Inveni primum in *Kagran* Auſtriae inferioris pago, ſed unicum ſpecimen; poſtea viſus non rarus *Paſſavii* in topiariis. Volitat muſcae inſtar, umbram timens.

370. Minuta, Kleinſter Stinkkäfer.

Bupreſtis *minuta*, elytris integerrimis transverſe rugoſis; thorace ſubtrilobo laevi, corpore ovato nigro. *Lin. S. N. ger.* 211. *ſp.* 23.

Lin. faun. ſuec. n. 760.

Le richard triangulaire ondé. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 428.

Migniaturſchild. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 341.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
elytri 1 —
Latitudo inſecti ⅔ —

Deſcr. Nigro-aenea. Thorax poſtice trilobus, lobo intermedio productiore. Elytra transverſim rugoſa; cavitates rugarum pilos breves albos continent, hinc videntur lineae transverſae undulatae albae tenues.

Habitat in crataego oxyacantha, in qua illam 17. Maji 1776. copioſam vidi; in aliis plantis mihi rara occurrit.

Obſ. Haec ſpecies Bupreſtes cum Pyrrhis conjungit, ſi non confundit.

DYTISCUS, Waſſerkäfer.

* *Antennis perfoliatis. Hydrophili.* Geoffr.

371. Scarabaeoides, Scharrkäferähnlicher Waſſerkäfer.

Dytiſcus *ſcarabaeoides*, ovalis convexus ater laeviſſimus, antennis filiformibus triarticulatis. *Lin. S. N. gen.* 212. *ſp.* 3.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	7	lin.
elytri	5	—
Latitudo inſecti	4	—

Habitat in foſſis ſtagnantibus ad Lincium, in inſularum etiam adjacentium Danubialium foſſis.

372. GYRINOIDES, Dreheuder Waſſerkäfer.

Dytiſcus ovatus, convexus, niger; elytris ſtriatis, antennis perfoliatis, pedibus natatoriis nullis; palpis, quam antennae, longioribus.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	3	lin.
elytri	$2\frac{1}{4}$	—
Latitudo inſecti	$1\frac{1}{2}$	—

Deſcr. Ovatus, convexus, niger. Oculi huic inſecto, ut in toto genere, tantum duo, ſed ita facti, ut eosdem uſus praeſtent, ac Gyrini *Natatoris* quatuor: oculus enim uterque deorſum oblongus, inflexus, majori tamen ſui parte pagina corporis inferiori exſiſtens. Elytra manifeſte ſtriata, ſtriis in ſingulo decem. Antennae clavatae, articulis tribus extremis craſſioribus, teſtaceae, clava nigra. Palpi antennis longiores ferruginei; tibiae teſtudineae. Pedes natatorii nulli.

Habitat in aquis ſtagnantibus ad Ottensheim, Auſtriae ſuperioris; ubi eodem modo ac Gyrinus *Natator* circumnatat.

Lectus menſe Septembri.

373. COCCINELLOIDES, Sonnenkäferähnlicher Waſſerkäfer.

Dytiſcus antennis perfoliatis, niger; thorace lateribus flavicante; elytris pallidis punctatoſtriatis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
Latitudo inſecti 1 —

Deſcr. Habitus coccinellae, & ita convexus; ſubtus niger, pedibus pallide teſtaceis. Caput nigrum, ante oculum utrumque macula exigua flaveſcenti. Thorax niger, lateribus flavicantibus. Scutellum nigrum. Elytra flavicantia, ſed ſingula ſtriis 18. punctorum minutiſſimorum nigrorum.

Habitat in aquis Lincenſibus.

** *Antennis ſetaceis.*

374. SEMISTRIATUS, Halbgeſtreifter Waſſerkäfer.

Dytiſcus *ſemiſtriatus* fuſcus, elytris ſulcis dimidiatis decem villoſis. *L. S. N. g. 212. ſp. 8. Lin. faun. ſuec. n. 772.*

Le ditique demiſilloné. *Geoffr. paris. part. 1. p. 187.*

Friſch. 1 ſ. Deut. part. 2. tab. 7. f. 4.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 14½ lin.
thoracis 2½ —
elytri 11½ —

Habitat in aquis purioribus lemna tectis, vias in ea formans, uti Conchae in fluviorum fabulo.

375. CINEREUS, Gelbfleckigter Waſſerkäfer.

Dytiſcus *cinereus*, cinereus, elytrorum margine thoracisque medietate flavis. *Lin. S. N. gen. 212. ſp. 11. Lin. faun. ſuec. n. 771. Pod. mus. graec. p. 43.*

Dytiſcus punctatus. *Scop. carn. n. 96.*

Le ditique à corcelet à bandes. *Geoffr. paris. part. 1. p. 188.*

Gelbfleck. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 348.*

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 8 lin.
thoracis $1\frac{1}{2}$ —
elytri $5\frac{1}{2}$ —
antennae 3 —
Latitudo thoracis $3\frac{1}{2}$ —
elytrorum $5\frac{1}{2}$ —

Scholion. Marem ſequentis ſuſpicatur Geoffroy, ajunt Poda & Scopoli, nominibus, non re, ab invicem differentes. Specimen meum puncta majora in ſtrias digeſta non habet; lineas vero elevatas obſoletiſſimas, quam obſcuriſſimas dicere malo.

376. Sulcatus, Gefurchter Waſſerkäfer.

Dytiſcus *ſulcatus*, elytris ſulcis decem longitudinalibus. *Lin. S. N. gen.* 212. *ſp.* 13. *Lin. faun. ſuec. n.* 773.
Le ditique ſilloné. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 189.
Eine Mittelart gelbgeſäumter Waſſerkäfer. *Friſch Inſ. Deut. part.* 13. *p.* 13. §. 8. *tab.* 7.

Schol. Cl. Poda & Cl. Scopoli hunc deſcripſerunt ſub priori, cujus feminam eſſe monent.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 8 lin.
thoracis $1\frac{1}{2}$ —
elytri 6 —
Latitudo elytrorum 6 —
thoracis $3\frac{1}{2}$ —

Habitat cum priori in aqua ſtagnanti puriori.

377. Immaculatus, Ungeflecter Waſſerkäfer.

Dytiſcus totus niger, laevis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
elytri $3\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti $2\frac{1}{2}$ —

Defcr. Major femine cucurbitae vulgaris, ater totus, laeviſſimus, nec punctis nec ſtriis, etiam ad lentem conſpiciendis; nec tamen valde nitens. Antennae filiformes, tibiaeque obſcure caſtaneae.

Habitat in aquis ſtagnantibus Anſtriae inferioris.

378. Uliginosus, Rußiger Waſſerkäfer.

Dytiſcus *uliginoſus*, ater, nitidus, antennis, pedibus, elytrorumque latere exteriore ferrugineis. *Lin. S. N. gen. 212. ſp. 20. Lin. faun. ſuec. n. 776.*

Rußrücken. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 350.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$4\frac{1}{2}$ lin.
elytri	$3\frac{3}{4}$ —
Latitudo inſecti	$2\frac{1}{2}$ —

Subtus totus fuſco-teſtaceus, ſeu colore cimicis *lectularii* dilutiori:

Habitat Viennae in aqua ſtagnanti, hortos etiam petens, in cadis, in quibus aqua ad rigandum ſervatur, balneaturus.

379. Undulatus, Wellenförmiggemalter Waſſerkäfer.

Dytiſcus *undulatus*, antennis ſetaceis, niger, laevis; elytris ad baſin faſcia undulata abrupta ferruginea. *Beyträg. zur Nat. p. 70. §. 18.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$3\frac{1}{3}$ lin.
elytri	$2\frac{2}{3}$ —
Latitudo inſecti	$1\frac{2}{3}$ —

380. Ova-

380. Ovatus, Rothbrüſtiger Waſſerkäfer.

Dytiſcus *ovatus*, ovatus fuſcus; capite thoraceque rubris. *Lin. S. N. gen.* 212. *ſp.* 18. *Lin. faun. ſuec. n.* 2282. ſine nomine.

Le ditique ſpherique. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 191.

Rothbruſt. *Müll. Lin Nat. Cl. V. p.* 350.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1 $\frac{1}{3}$ lin.
Latitudo inſecti 1 —

Habitat in aquis.

381. Fimbriatus, Bordirter Waſſerkäfer.

Dytiſcus fuſcus, laevis; thorace elytrisque nigris, flavo marginatis; baſi elytrorum flava.

Menſurae. Longit a cap ad an. 1 $\frac{2}{3}$ lin.
Latitudo inſecti $\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Fuſco-niger, ſine punctis aut ſtriis, hinc glaberrimus. Subtus colore cimicis lectularii dilutiore. Latera thoracis, margoque elytrorum exterior flavus, ſed haec flavedo in elytris tres quatuorve dentes introrſum emittit.

Habitat in aquis Viennenſibus.

382. Fusculus, Bräunlichter Waſſerkäfer.

Dytiſcus ater; elytris fuſcis laevibus; pedibus obſcure teſtaceis.

Dytiſcus ſupra fuſcus, ſubtus ater. *Lin. faun. ſuec. n.* 772. β.

Le ditique noir a étuis brunes. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 190.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
Latitudo inſecti $\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Omnia, ut in nomine; parum nitet, etſi nec ſtriatus, nec punctatus.

Habitat in aquis Auſtriae ſuperioris.

383. Ferrugineus, Braungelber Waſſerkäfer.

Dytiſcus ovatus nitens: capite thoraceque rufis; elytris fuſcis ſtriato-punctatis.

Dytiſcus ferrugineus. *Lin. S. N. gen.* 212. *ſp.* 16. an?

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{3}$ lin.
Latitudo inſecti $\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Caput, thorax, & ſubtus cum pedibus totus rufoteſtaceus, ſeu colore cimicis *leſtularii* dilutiore; oculi nigri. Antennae rufae. Elytra fuſca, ad lentem fuſco-ferruginea ſtriato-punctata adparent.

Habitat tempore verno copioſus in aquis ſtagnantibus, cum Hydra *ſtentorea* & Brachiono *campanulato.*

384. Unilineatus, Einlinigter Waſſerkäfer.

Dytiſcus niger; elytrorum margine lineaque dimidiata flaveſcentibus.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $\frac{2}{3}$ lin.
Latitudo inſecti $\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Ater, laevis; thorax lateribus obſcure ferrugineus; elytra laevia, margine exteriore toto, ſtriaque a baſi non ultra medium pertinente, pedibusque flaveſcentibus.

Habitat in aquis.

385. Mi-

385. Minimus, Kleinſter Waſſerkäfer.

Dytiſcus niger, laevis; elytrorum margine exteriori, lineisque baſeos quatuor flavis.
Dytiſcus minimus. *Scop. carn. n.* 297.
Le ditique à bordure panachée. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 190.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $\frac{5}{6}$ lin.
elytri $\frac{3}{5}$ —

Deſcr. Antennae filiformes, longitudine capitis & thoracis ſimul; niger; laevis; margo elytrorum exterior flavus, quae flavedo apice latior; ad baſin ſinguli elytri lineolae duae flavae. Adeoque prioris forte varietas.

Habitat in aquis ſtagnantibus.

Lectus in Thabor ad Viennam 8. Martii; agilis copioſus circumnatabat.

386. Nigricans, Schwärzlichter Waſſerkäfer.

Dytiſcus antennis filiformibus niger; elytris fuſcis, antennis pedibusque caſtaneis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin. fere.
elytri $1\frac{1}{2}$ —
antennae $\frac{1}{2}$ —
Latitudo inſecti 1 —

Deſcr. Niger, nitidus; elytra fuſca nitida; antennae filiformes apicem verſus tamen nigricantes, pedesque lucide caſtanei nitentes.

Lectus cum priore.

387. Unistriatus, Einſtreifigter Waſſerkäfer.

Dytiſcus elytrorum ſtria unica.

Le

Le ditique à une ſeule ſtrie. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 192.

Habitat Viennae in aquis ſtagnantibus, in confervis ciſternarum Horti botanici.

Deſcr. Vix pulicis maris magnitudine. Unicum in mea collectione ſpecimen poſſideo, quod ut in eam inferri potuerit, chartae fruſtulo adglutinandum erat, hinc neſcio, quo ſubtus colore ſit, cum vivum non examinaverim. Caput nigrum, thorax ſaturate fuſcus, poſt cujus medium linea duplex leviter curva exarata, in elytrorum baſi continuanda. Coeterum nec puncta, nec ſtriae, demta unica prope marginem cujusvis elytri inferiorem, quae ſimplex, nec punctata eſt. Color elytrorum minus, quam thoracis, fuſcus; baſi, margine exteriori, & apice flavo.

CARABUS, Erdkäfer.

388. Coriaceus, Ledertartiger Erdkäfer.

Carabus *coriaceus*, apterus, ater, opacus, elytris punctis intricatis ſubrugoſis.
Lin. S. N. gen. 213. *ſp.* 1.
Pod. mus. graec. p. 45.
Carabus coriaceus, *Scop. carn. n.* 265.
Le bupreſte noir chagriné. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 142.
Lederkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 353.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 16 lin.
thoracis 3 —
elytri 10 —
Latitudo thoracis $3\frac{2}{3}$ —
elytrorum $5\frac{1}{3}$ —

Habitat in Auſtria inferiori.

389. Hor-

389. HORTENSIS, Gartenerdkäfer.

Carabus *hortenſis*, apterus, elytris punctis aeneis excavatis triplici ſerie. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 3.

Lin. faun. ſuec. n. 783.

Hohlpunct. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 353.

Menſurae. Longit a cap. ad an. 13 lin.
elytri $8\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum $4\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Niger, nitens, violaceo nonnihil tinctus, elytra leviter ſtriata, & ſeries in utroque triplex longitudinalis punctorum impreſſorum aureorum, hoc ordine & numero, a ſutura, ſeu margine interiore incipiendo:

9.
8. } Puncta harum ſerierum majuſcula.

8. Ad marginem exteriorem; & minora.

Habitat in hortis Viennenſibus rarior.

390. CATENULATUS, Gekettelter Erdkäfer.

Carabus elytris porcatis, ſeriebus in ſingulo tribus punctorum elevatorum; intermediis ſtriis elevatis ſcabris.

Carabus catenulatus. *Scop. carn. n.* 264.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 12 lin.
thoracis $2\frac{1}{2}$ —
elytri $7\frac{1}{2}$ —
antennae 7 —
Latitudo thoracis $2\frac{1}{2}$ —
elytrorum 4 —

Varietas *Scopolina* prima. Maxillae fortes, exſertae. *Leſſam* animal ſpecioſum in montibus Bulgarenſibus Menſe Majo.

391. Au-

391. Auratus, Vergoldeter Erdkäfer.

Carabus elytris porcatis inauratis, ſtriis ſulcisque laevibus.

Carabus auratus. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 7. *Lin. faun. ſuec. n.* 786.

Goldflitter. *Müll. Lin Nat. Cl. V. p.* 355.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	10½ lin.
antennae	6 —
elytri	6 —
thoracis	2 —
Latitudo thoracis	2½ —
elytrorum	4 —

Deſcr. Ater nitens; caput ſupra, thorax & elytra fulvo aurea; thorax in medio ſtria longitudinali excavata, & ſingula elytra, praeter utrumque marginem, porcis tribus elevatis inſignia. Elytrorum marginibus porcisque auratum inſectum (meum) non eſt, uti ſcripſit Linnaeus de ſuo, nitet tamen colore virescenti. Pedes antennarumque baſes coloris dilute teſtacei. Plantae omnes nigrae.

Habitat in ſylvis acerosis.

392. Violaceus, Blaueingeſaumter Erdkäfer.

Carabus elytris laeviuſculis margine aureo; thorace ſubviolaceo.

Carabus violaceus. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 8. *Lin. faun. ſuec. n.* 787.

Der ſchwarze Erdkäfer mit dem geſäumten herzförmigen Halsſchild. *Friſch. Inſ. Deut. part.* 13. *p.* 25. §. 27.

Le bupreſte azuré. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 144. β.

Goldleiſte. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 354.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	10 lin.
elytri	$5\frac{1}{2}$ —
thoracis	$2\frac{1}{2}$ —
Latitudo thoracis	$3\frac{1}{2}$ —
elytrorum	4 —

Obſ. Per errorem forte ſcripſit Linnaeus alatum pro aptero. Coeterum ſpecimen a Geoffroyo & Friſchio bene deſcriptum; ſed utraque deſcriptio conjungenda.

393. Granulatus, Warzigter Erdkäfer.

Carabus *granulatus*, apterus elytris longitudinaliter convexe punctatis. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 2.

Lin. faun. ſuec. n. 789.

Carabus granulatus. *Scop. carn. n.* 263.

Carabus hortenſis. *Pod. graec. p.* 45.

Le bupreſte galonné. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 143.

Körnerwarze. *Müll. Lin. Nat. C. V. p.* 353.

	α.	β.
Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$7\frac{3}{4}$;	10 lin.
elytri	5 ;	$6\frac{1}{3}$ —
thoracis	$1\frac{1}{2}$;	2 —
Latitudo elytrorum	3 ;	4 —
thoracis	2 ;	$2\frac{2}{3}$ —

Habitat in Arboribus antiquis; deprehenſus non rare ſub cortice ſalicis.

394. Inquisitor, Kupferglänzender Erdkäfer.

Carabus *inquiſitor*, elytris ſtriatis viridi-aeneis; punctis triplici ordine. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 11.

Lin. faun. ſuec. n. 789.

Le bupreſte quarré couleur de bronze antique. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 145.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		$13\frac{1}{2}$ lin.
	thoracis	$3\frac{1}{2}$ —
	elytri	9 —
	antennae	5 —
Latitudo thoracis		4 —
	elytrorum	$6\frac{1}{3}$ —

Habitat in hortis; foetidiſſimus.

395. Cephalotes, Großköpfigter Erdkäfer.

Carabus *cephalotes*, elytris atris lævibus; thorace exſerto oblongo.

Carabus cephalotes. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 9. *Lin. faun. ſuec. n.* 788.

Der ſchwarze Erdkäfer mit dem herzförmigen Halsſchild. *Friſch Inſ. Deut. part.* 13. *p.* 25. §. 26. *t.* 22.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		9 lin.
	thoracis	2 —
	elytri	$5\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum		$4\frac{1}{2}$ —
	thoracis	$2\frac{1}{2}$ —

Obſ. Ex tribus, quae poſſideo, ſpeciminibus, nullum apterum; omnibus alae ſub elytris reconditae, ad volandum aptae.

Habitat in terra, cavernas fodiens, in iisque latitans, uti gryllus.

396. Leucophthalmus, Weißaugigter Erdkäfer.

Carabus *leucophthalmus*, elytris laevibus, ſtriis obſoletis octo. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 4. *Lin. faun. ſuec. n.* 784.

Cara-

Carabus leucophthalmus. *Scop. carn. n.* 266.
Le bupreſte tout noir. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 146.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
elytri 4 —
Latitudo inſecti $2\frac{1}{2}$ —

Habitat in terra.

397. Latus, Breitſchultriger Erdkäfer.

Carabus *latus*, niger pedibus antennisque rufis. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 24.
Carabus ater pedibus rufis. *Lin. faun. ſuec. n.* 2276.
Le bupreſte noir á pattes jaunes. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 147. an?
Breitbuckel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 362.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
thoracis $1\frac{1}{2}$ —
elytri 4 —
Latitudo thoracis $2\frac{1}{3}$ —
elytrorum $2\frac{1}{2}$ —

Obſ. Lati cognomen nactus eſt, non quod coeteris proportione latior eſſet, ut putat Cl. Müllerus, ſed quod thorax reſpectu elytrorum latior, quam in reliquis, Geoffroyanum ſpecimen apte conveniret, niſi quod dimidio minus, ſi pedes non pallide flaveſcentes dixiſſet. Sed deſcriptio Linnaei in fauna characteriſtica.

Thorax latus, antennae pedesque rufeſcunt; elytra ſingula ſtrias octo exhibent, ſecunda a margine interiore obliqua abbreviata.

Subinde minor, & ſubtus totus rufofuſcus.

Habitat in terra.

398. Spinipes, Stachelfüßiger Erdkäfer.

Carabus niger, elytris striato-punctatis; antennis tibiisque fusco-testaceis.

Carabus spinipes. *Scop. carn. n.* 267.
Carabus spinipes. *Lin. S. N. gen.* 213. *sp.* 20. *Lin. faun. suec. n.* 793.
Le bupreste noir à pattes rougeatres. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 146.
Stachelfuß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 360.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	6 lin.
elytri	$3\frac{2}{3}$ —
thoracis	$1\frac{1}{3}$ —
Latitudo thoracis	$1\frac{2}{3}$ —
elytrorum	$2\frac{1}{2}$ —

Praecedenti simillimus; sed elytra striato punctata; antennae & tibiae fusco-testaceae, reliqua nigra.

Habitat in terra passim.

399, Affinis, Anverwandter Erdkäfer.

Carabus niger, antennis pedibusque rufis; thorace elytrisque nigro-aeneis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$4\frac{1}{2}$ lin.	
elytri	$2\frac{1}{2}$ —	
thoracis	$1\frac{1}{2}$ —	fere.
Latitudo thoracis	$1\frac{1}{3}$ —	
elytrorum	$2\frac{2}{3}$ —	

Carabo *icto*, demto colore simillimus. Subinde datis mensuris major.

Habitat in terra.

Schol. Has tres proxime enumeratas species facile quis, & forte jure, pro eadem haberet.

400. Cu-

400. CUPREUS, Kupferrückigter Erdkäfer.

Carabus *cupreus*, aeneus, antennis basi rubris. *Lin. S. N. gen.* 213. *sp.* 29.
Lin. faun. suec. n. 801.
Carabus metallicus. *Scop. carn. n.* 270.
Kupferrücken. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 263.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	6 lin.
elytri	$3\frac{1}{2}$ —
Latitudo elytrorum	$2\frac{2}{3}$ —

Descr. Supra viridi-cupreus; elytris striatis, ante striam tertiam, ultra medium elytri punctum impressum unicum. Subtus niger, viridi nitens; tibiis manibusque, seu tarsis, fuscorufis.

Habitat in terra.

401. NITIDULUS, Schimmernder Erdkäfer.

Carabus viridi-aeneus; abdomine nigro; pedibus antennisque pallide rufis.
Le bupreste verte pointillé à huit stries & pattes fauves. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 148.

Mensurae. Longit. a cap ad an.	5 lin.
thoracis	$1\frac{1}{3}$ —
elytri	$3\frac{1}{3}$ —
Latitudo insecti	$2\frac{1}{2}$ —
thoracis	$1\frac{1}{2}$ —

Descr. Supra totus viridi-aeneus, elytra minus, ob tenues pilos, quibus pubescunt; haec striata, striis non punctatis, at punctis inordinatis minutissimis confertis conspersa. Subtus color obscurior, nitidior. Abdomen atrum, parum nitens. Palpi, antennae, pedes, fulvo colore.

Habitat in Austria.

402. Sexpunctatus, Sechspunctirter Erdkäfer.

Carabus *sexpunctatus*, subaeneus elytris punctis longitudinalibus sex impressis. *Lin. S. N. gen.* 213. *sp.* 35.

Lin. faun. suec. n. 807.

Le bupreste à étuis cuivreux. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 149.

Langpunct. *Müll. Lin. Nat. Cl V. p.* 364.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo insecti $1\frac{1}{2}$ —

Variat punctis tantum quinque in singulo elytro.

Obs. Non ipsa puncta longitudinalia, neque etiam hoc Linnaeus unquam dicere voluit, sed in serie longitudinali posita.

Habitat in hortis passim.

403. Germanus, Violetspitziger Erdkäfer.

Carabus *germanus*, niger, capite, pedibus, elytrisque testaceis; elytris apice violaceis. *Lin. S. N. gen.* 213. *sp.* 26.
Pod. mus. graec. p. 273.

Carabus Germanus. *Scop. carn. n.* 273.

Violetspitze. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 262.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo insecti $1\frac{1}{2}$ —

Habitat in terra.

404. Teutonus, Deutscher Erdkäfer.

Carabus niger; thorace, pedibus, antennis, elytrorumque basi ferrugineis.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
elytri $1\frac{2}{3}$ —
thoracis $\frac{2}{3}$ —
maculae nigrae in elytris $1\frac{1}{2}$ —
Latit. totius per elytra 1 —
thoracis $\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Similis praecedenti. Caput nigrum nitens, ſed palpi inferiores ferruginei, ſuperiores fuſci. In media fronte punctum impreſſum, ſaepe tamen oblitteratum. Antennae nigrae, articulis primo & ſecundo ferugineis. Thorax aurantius glaber latus marginatus, non tamen cordatus. Elytra fulva, poſtice macula magna, profunde cyanea, plus quam dimidia elytra occupante, margine tamen exteriori elytrorum fulvo usque ad apicem. Striae in ſingulo elytro novem, non punctatae. Subtus coeruleo-niger eſt; pectore aurantio, pedibus ferrugineis.

Habitat Lincii.

405. Eques, Ritterkäfer.

Carabus niger; thorace pectoreque rubris; elytris ferrugineis, maculis tribus nigris.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
thoracis $\frac{1}{2}$ —
elytri $2\frac{1}{6}$ —
Latit. thoracis in baſi $\frac{2}{3}$ —
elytri $\frac{2}{3}$ — fere.
abdominis $1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Elegantiſſimorum hujus generis animalium unum, nec tamen decipienti auro ingratum foetorem contegens. Caput nigrum, punctis ſparſis copioſis. Thorax perfecte cordatus, leviſſime marginatus, ſaturate fulvus. Elytra ruſa, & obſolete ſtriata ſubtomentoſa. Circa eorum medium atra macula

magna, cum ea, quae in altero exiſtit elytro, faſciam conſtituens, quam tamen futura, ibi adhuc fulva, dirimit; haud procul ab apice alia macula ſimilis cum priori ope marginis exterioris inter utramque atri cohaerens, & cum ſocia, nihil jam prohibente futura, faſciam continuam conſtituens. Sinus inter utramque maculam pallidius fulvus, & fere albidus, uti & apices. Praeterea in baſi cujusvis elytri ad marginem exteriorem macula atra. Abdomen profunde cyaneum, minutiſſime punctatum; pectus aurantium; femora baſi ferruginea, apice nigra; tibiae baſi & apice nigrae, medio ferruginea.

Habitat in floribus Lincii.

406. USTULATUS, Verbrandter Erdkäfer.

Carabus *uſtulatus*, thorace nigricante, elytris obſcuris, ferrugineo bifaſciatis. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 38.
Lin. faun. ſuec. n. 810.

Le bupreſte quadrille â corcelet ronde, & etuis ſtriés. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 151.

Brandflügel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 364.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2½ lin.
Latitudo inſecti ⅔ —

Habitat Viennae in Pratter.

407. CRUX MINOR, Kleinkreuzkäfer.

Carabus *crux minor*, thorace luteo glabro, elytris poſtice nigris: maculis duabus flavis. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 40.
Lin. faun. ſuec. n. 809.

Kleinkreuz. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 366.

Men-

Menſurae. Long. a cap. ad an. 1¾ lin.
antennae ¾ —
elytri 1 —
Latitudo inſecti ⅓ —

Deſcr. Caput fuſcum, oculis nigris; palpis antennisque ferrugineis; thorax teſtaceus linea longitudinali exaratus. Elytra baſi nigra, tum macula magna flavescente, ad marginem interiorem non pertingente; dein faſcia obliqua nigra; poſt hanc ad apicem altera macula flava. Abdomen fuſcum apice atro. Pedes ferruginei.

Habitat in terra.

408. MERIDIANUS, Meridianerdkäfer.

Carabus *meridianus*, niger, elytris antice, pedibusque teſtaceis. *Lin. S. N. gen.* 213. *ſp.* 36.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
Latitudo elytri ⅕ —

Deſcr. Niger, nitens; elytris ſtriatis (unde ei forte nomen a Linneao inventum) baſi flavicantibus; pedibus teſtaceis. Antennis fuſcis, baſi rufis.

Habitat in terra.

409. ARENARIUS, Sandwühlender Erdkäfer.

Carabus niger, nitidus; antennis palpis pedibus ferrugineis.
Carabus arenarius. *Scop. carn. n.* 277.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
elytri ⅔ —
antennae ⅔ —
Latitudo elytri ¼ — vix.

Descr. Niger; nitidissimus totus; antennae, palpi, pedesque ferruginei coloris. Elytra contra lucem aspecta loca duo habent pellucida, unum ad basin, alterum ad apicem.

Habitat in arena sabulosa, & sub foliis congestis primo vere.

410. QUADRISTRIATUS, Vierstreifigter Erdkäfer.

Carabus niger, thorace, elytrisque fuscis, pone marginem interiorem tantum striatis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
elytri 1¼ —
Latitudo elytri ⅓ —

Descr. Nitidus, nigro-fuscus; thorax elytraque obscure castanea, nitidissima. Elytra prope marginem tantum interiorem striis quatuor longitudinalibus percurruntur, reliquo elytro laevi.

Habitat in terra.

TENEBRIO, Mehlkäfer.

411. MOLITOR, Gemeiner Mehlkäfer.

Tenebrio *molitor*, alatus niger totus, femoribus anticis crassioribus. *Lin.* S. N. *gen.* 214. *sp.* 2.
Lin. faun. suec. n. 815.
Tenebrio molitor. *Scop. entom. carn. n.* 259.
Der gelbe Mehlwurm. *Frisch Inf. Deut. part.* 3. *p.* 1. *t.* 1.
Le tenebrion à neuf stries lisses. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 349.
Der europäische Müller. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 368.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo inſecti $2\frac{1}{2}$ —

Habitat in farina piſtorum; lignis carioſis.

412. ARBOREUS, Baummehlkäfer.

Tenebrio nigro-aeneus; elytro ſingulo ſtriis octo, apice acuminato.
Le tenebrion bronzé. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 334. *n.* 5.

Menſurae. Longit. cap. ad apicem elytri $6\frac{1}{2}$ lin.
elytri 5 —
antennae 3 —
Latitudo inſecti $2\frac{1}{2}$ —

Habitat in rimis corticum, in arboribus utriusque Auſtriae, & Hungariae tota aeſtate obvius.

413. LUCTUOSUS, Trauriger Mehlkäfer.

Tenebrio niger; antennis pedibusque piceis, elytris obſolete ſtriatis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo inſecti $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Niger, glaber; non nitidus. Elytra obſoletiſſime ſtriata. Antennae tibiaeque piceae, ſeu e nigro ruſeſcentes.

Habitat in pratis aridis.

414. BUPRESTOIDES, Stinkkäferähnlicher Mehlkäfer.

Tenebrio ater, thorace ſubgloboſo, elytris venoſis.
Attellabus bupreſtoides. *Lin. S. N. gen.* 214. *ſp.* 13.
Lin. faun. ſuec. n. 644.

Holz-

Holzkäfer mit dem dicken Halskragen. *Frisch Inf. Deut. part.* 12. *p.* 23. *t.* 19.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 8 lin.
elytri $5\frac{1}{2}$ —
antennae $2\frac{3}{4}$ —
Latitudo insecti $2\frac{2}{4}$ —

Multum Tenebrioni *Molitori* similis, sed ater, & thorax globosus, non marginatus, & in basi thoracis subtus tomentum aurantium.

Habitat in Sylvis, rarus.

415. Mortisagus, Stinkender Mehlkäfer.

Tenebrio *mortisagus*, apterus, thorace aequali, coleoptris laevibus mucronatis. *Lin. S. N. gen.* 214. *sp.* 15.
Lin. faun. suec. n. 822.

Tenebrio mortisagus. *Scop. carn. n.* 252.
Pod. mus. graec. p. 47.

Der schwarze stinkende Erd- und Mistkäfer. *Frisch Inf. Deut. part.* 13. *t.* 25.

Le tenebrion lisse à prolongemens. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 346.

Stinkkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 372.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $8\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo insecti 4 —

Habitat in locis, ubi plantae, cadaverave putrescunt; foetidissimus.

416. Gib-

416. GIBBUS, Bucklichter Mehlkäfer.

Tenebrio *gibbus*, apterus niger laevis, thorace orbiculato convexo, antice truncato. *Lin. S. N. gen.* 214. *sp.* 18. *Lin. faun. suec. n.* 824.
Hochrücken. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 373.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	$7\frac{1}{2}$	lin.
Latitudo insecti	$4\frac{1}{3}$	—
Altitudo insecti	3	—

Habitat fere cum priore, & in hortis.

417. VENTRICOSUS, Aufgeblasener Mehlkäfer.

Tenebrio apterus niger, punctatus, thorace orbiculato convexo, antice truncato; antennis, pedibus, corpore coeruleſcens.
Tenebrio ventricosus. *Scop. carn. n.* 253.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	$4\frac{1}{2}$	lin.
Latitudo insecti	3	—
Altitudo insecti	2	—

Differt a priore, quod prior glaberrimus, ater, abdomine ultra elytra acuminato prominente: hic punctis etiam fine lente perceptibilibus scaber, antennis pedibus, corpore coeruleſcens; abdominis apice nudo quidem, sed non acuminato. Hinc solutum dubium Cl. Scopoli.

MELOË, Blasenzieher.

418. VESICATORIUS, Spanische Fliege.

Meloë *vesicatorius*, alatus viridissimus nitens, antennis nigris. *Lin. S. N. gen.* 215. *sp.* 3. *Lin. faun. suec. n.* 827.

Meloë

Meloë vesicatorius. *Scop. carn. n.* 185.
Pod. mus. graec. p. 47.
La cantharide de Boutiques. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 340.
Spanische Fliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 380.

Mensurae Longitudo elytri 6 lin.
Latitudo insecti 2 —

Habitat in fraxino Austriae, & Hungariae; ubi copiosus suo se foetore prodens.
Lectus Selyae pago Comitatus Nitriensis in Hungaria a me, & in Comitatu Neoburgensi Austriae superioris ab amico.

419. Cichorii, Vandirter Blasenzieher.

Meloë *cichorii*, alatus niger, thorace hirsuto, elytris fasciis tribus flavis, antennis clavatis. *Lin. S. N. gen.* 215. *sp.* 5.
Chrysomela Cichorii. *Hasselquist iter palaest. Edit. germ. p.* 449. *n.* 101.
Cichorienkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 381.

Mens. in mortuo. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
antennae $1\frac{2}{3}$ —
Latitudo insecti $2\frac{1}{4}$ —

Descr. Caput aterrimum, declinatum, nigro villosum. Os maxillis lateralibus accutissimis; palpis articulatis crassis. Oculi oblongi oblique positi. Antennae nigrae, extrorsum crassiores, basi villosulae, dein piloso-tomentosae, articulis decem, quorum septimus, a basi computatus, prioribus, octavus septimo, nonus octavo, decimus nono crassior. Thorax supra subrotundus, aterrimus, nigro villo hirsutus. Abdomen oblongum, atrum, pectore praesertim, nigro villo hirtum. Elytra molliuscula, basi nonnihil angustiora, apice rotundata, atra, pilosa, basi prope marginem interiorem macula, fasciis-

fasciisque tribus fulvis, margine tamen omni nigro. Alae fuscescentes. Pedum atrorum ungues rubri.

Lectus ab amico in Pratter, ubi & in vicino Kallenberg non rarus esse perhibetur.

420. AUSTRIACUS, Oesterreichischer Blasenzieher.

Meloë niger, thorace rubro, elytris viridibus.

Mens. in vivo. Longit. a cap. ad an.	8	lin.
elytri	$5\frac{1}{2}$	—
antennae	3	—
Latitudo Insecti	2	—

Descr. Habitus Meloës *vesicatorii*, quem, uti mensurae exhibent, nec magnitudine multum superat. Abdomen nigrum, violascens, sub elytris utrinque supra linea fulva longitudinalis, ad anum non pertingens. Elytra molia, flexilia, saturate viridia, prati umbrosi instar; punctis minutissimis obsita, levissime inaurata; alae fuliginosae. Thorax ruber, in medio sulco longitudinali exaratus. Coeterum insectum totum lana tenui molli brevi tectum, fere uti Meloë *Cichorii*.

Habitat Viennae.

Lectus 11. Junii ad Belvedere.

421. MONOCEROS, Gehörnter Blasenzieher.

Meloë monoceros, alatus niger, thorace in caput supra cornu protenso. *Lin. S. N. gen.* 215. *sp.* 14. 639.

Attellabus monoceros. *Lin. faun. suec. n.* 358.

La cuculle. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 356.

Einhorn. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 384.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin. fere.
antennae 1 —
elytri 1⅔ —
Latitudo inſecti ⅔ —

Deſcr. Variat magnitudine, jam datis menſuris major, jam minor; nec minus colore diverſus: duas hic varietates ſiſto:

α. Major; niger; ſed caput, thorax, pedes teſtacea. Thorax in cornu ſupra caput protenſum extenditur, teſtacei pariter coloris, non nigri, uti Linnaeus notavit, etſi margo dorſumque hujus cornu denticulis minutis nigris cingatur, ad ejusque baſin utrinque punctum nigrum cubet. Elytra flava, margine tamen interiori nigro, qui prope baſin maculam communem, & haut procul apice faſciam nigrum format, ultra quam niger non amplius eſt; macula quoque nigra ad baſeos marginem exteriorem in ſingulo elytro.

β. Minor; flavicans totus, capite, cornuque, quod carinatum eſt, fuſcis; elytra, ut in priore, ſed delicatius picta.

Habitat Viennae, ubi 27. Junii ſpecimen unum veſpere ad candelae lumen advolavit.

422. Pedicularius, Läuſeartiger Blaſenzieher.

Meloë niger, thoracis apice rubro, elytris baſi rufis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1⅓ lin.
elytri ⅔ —

Deſcr. Alatus, niger; antennae rufo-fuſcae moniliformes, articulis decem. Thorax non marginatus, cordatus, fuſcus, ad elytra ruber. Pedes teſtaceo-rufi. Elytra nitentia fuſca, baſi rubentia, glaberrima, absque ſtriis aut punctis.

Habitat Viennae.

PRO-

PROSCARABAEUS, Maywurm.

423. MAJALIS, Vergoldeter Maywurm.

Proſcarabaeus ſegmentis dorſalibus abdominis viridi-cupreis

Meloë majalis. *Lin. S. N. gen.* 215. *ſp.* 2.
Beyträg. zur Nat. p. 72.
Friſch Inſ. Deut. part. 6. *tab.* 6. *f.* 4.
Maywurm. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 380.

Menſurae captae in heri mortuo.

Longit. corporis demto capite	12	lin.
elytri	$3\frac{2}{3}$	—
Latitudo abdominis	4	—

Deſcr. Caput, thorax, elytra, punctis confertis, elevatis, ſcabra; abdomen carnoſum, laeve. Antennae moniliformes, articulis 11, ultimo articulo ovato, acuto. Color niger; caput, thorax, elytra cupreo intermicant, auratoque; abdominis vero annuli ſinguli in medio notantur macula magna ex cupreo, viridi aurato, & aureo colore, ita, ut cupreus ſemper reſpiciat apicem abdominis, maximamque habeat extenſionem. Pedes nigerrimi, uti reliquum corpus ſubtus totum; ſolae annulorum ſeu ſegmentorum abdominalium baſes cupreo colore micant.

Succo ſuo flavo, quem per omnes junctūras protrudit, nec non ſtercore, omnia inficit captus.

Habitat in agris ad Viennam, prope ſylvulam Simmeringenſem Cl. Cranzii eruditis laboribus jam notam, lectus 23. Aprilis.

424. VULGARIS, Gemeiner Maywurm.

Proſcarabeus niger ſeu violaceus; elytris thorace capiteque punctis elevatis

Meloë proſcarabaeus. *Lin. S. N. gen.* 215. *ſp.* 1.
Lin. faun. ſuec. n. 826.
Scop. entom. carn. n. 184.
Pod. mus. graec. p. 47.
Beyträg. zur Nat. p. 72.
Friſch. Inſ. Deut. part. 6. *tab.* 5. *f.* 5.
Zwitterkäfer. *Müll. Lin. Nat. p.* 379.

Menſurae fere prioris, a quo ſolo fere colore differt; dubito tamen an non ex ſpecimine nigro, quod mihi unicum eſt, at in Hungaria copioſe viſum eſt, recte diverſam a coeruleis ſpeciminibus paſſim per omnem mihi huc usque luſtratam Germaniam obviis ſpeciem recte conſtituere poſſim. Fors dies ulterior, ubi novum tale ſpecimen vivum obtigerit, dubium diſſolvet.

Habitat ad agros paſſim.

Veſcitur Chelidonio majori.

Obſ. Variat magnitudine & colore; jam fere totus niger; jam totus colore violae *martialis*. Antennae, ut in toto genere moniliformes, aequabiles.

β. Varietas. Antennis articulis tribus intermediis majoribus, compreſſis.

Le Proſcarabé. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 378.

Lectus Lincii, alibique ſaepiuſcule viſus, nulla re niſi, fortuita credo, antennarum monſtroſitate diverſus, & plus duplo minor, eleganter violaceus. Sed alium habeo, ibidem lectum, & poſtremo etiam hoc duplo minorem, ſed per omnia ſpecimini nigro Authorum ſimilem, niſi quod & ipſe eleganter violaceus.

425. Hugarus, Hungariſcher Maywurm.

Proſcarabaeus niger, laevis, thoracis baſi elytrorumque margine interiore ferrugineis.

Meloë

Meloë hungarus. *Beyträg. zur Naturg. p.* 71. §. 19.

Menſurae. Proſcarabaeo majali paulo minores.
Habitat Tyrnaviae.
Veſcitur Chelidonio majori.

426. VIENNENSIS, Wieneriſcher Maywurm.

Proſcarabaeus laevis ater unicolor.
Meloë viennenſis. *Beytr. zur Nat. p.* 71. §. 20.

Priore plus duplo minor, coetera ſimillimus, ſed unicolor. Olim (1769) Viennae in horto quodam non raro *lectus*, nec poſtea, cum denuo in eundem locum 1776. redux veniſſem, inſectum quaeliturus, amplius inventus.

MORDELLA, Flohkäfer.

427. ACULEATA, Zugeſpißter Flohkäfer.

Mordella atra glabra, ano ſpina terminato.
Mordella aculeata. *Lin. S. N. gen.* 216. *ſp.* 2.
Lin. faun. ſuec. n. 832.
Scop. carn. n. 192.
Pod. mus. graec. p. 47. an?
La mordelle noire à pointe. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 353.

Menſ. Longit. totius cum aculeo 2 lin.
elytri 1½ —

Deſcr. Tota nigra nitida, non tomentoſa; pedibus poſticis majoribus.
Habitat in floribus, praeſertim ſyngeneſiis. Adeſt jam initio Maji.

428. Villosa, Pelzigter Flohkäfer.

Mordella atra fericeo-tomentosa, ano spina terminato.

Mordella aculeata β. *Pod. mus. graec p.* 47.

La mordelle veloutée à pointe. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 354.

Mens. Longit. totius una cum aculeo. $2\frac{4}{5}$ lin.
elytri $1\frac{2}{5}$ —
Latitudo insecti 1 —

Habitat in floribus.

Si hirsuties & glabrities alias constituunt species, cur non & hic.

429. Frontalis, Rothköpfigter Flohkäfer.

Mordella fronte pedibusque anticis flavescentibus, ano mutico.

Mordella frontalis. *Lin. S. N. gen.* 216. *sp.* 4. *Lin. faun. suec. n.* 834.

Gelbstirn. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 386.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{4}$ lin.
elytri 1 —

Insectum elongatum. In meo specimine frons, femora antica, antennarumque bases flava sunt.

430. Thoracica, Rothschildiger Flohkäfer.

Mordella *thoracica*, atra, capite, thoraceque flavis. *Lin. S. N. gen.* 216. *sp.* 5. *Lin. faun. suec. n.* 835.

Gelbbrust. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 386.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo insecti $\frac{1}{3}$ —

In-

Insectum elongatum; caput, thorax, podesque fulvi; reliqua nigra.

Habitat in floribus.

431. Fusca, Brauner Flohkäfer.

Mordella flava, elytris obscurioribus.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
elytri $\frac{3}{4}$ —

Descr. Fusca; caput, thorax, elytra flavicant, elytra tamen multo obscuriora & fere fusca. Pedes & antennarum bases flavi coloris. Oculi nigri. An varietas praecedentis?

Habitat in floribus.

432. Flava, Gelber Flohkäfer.

Mordella flava, elytrorum apicibus nigris.
Mordella flava. *Lin. S. N. gen.* 216. *sp.* 6.
Lin. faun. suec. n. 836.
Schwefelkäferfloh. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 386.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
elytri $\frac{3}{4}$ —

Descr. Fusca; caput, thorax, elytra flavicantia (*Nankinfarben;*) postrema apice fusca; pedes item, antennarumque bases cerei coloris. Oculi nigri.

Habitat in floribus.

STAPHYLINUS, Raubkäfer.

433. Murinus, Aschenfärbiger Raubkäfer.

Staphilinus *murinus*, pubescens, cinereus, nigro-nebulosus. *Lin. S. N. gen.* 217. *sp.* 2.
Lin. faun. suec. n. 840.
Staphilinus murinus. *Scop. carn. n.* 302.

Le ſtaphilin velouté. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 363.

Miſtkäfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 388.

Habitat Lincii, ubi olim lectus.

434. Maxillosus, Großkiefriger Raubkäfer.

Staphylinus *maxillosus*, pubeſcens niger, maxillis longitudine capitis. *Lin. S. N. gen.* 217. *ſp.* 3.

Lin. faun. ſuec. n. 841.
Pod. mus. graec. p. 48.

Le ſtaphilin noir liſſe. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 360.

Großkiefer. *Müll. Lin Nat. Cl. V. p.* 388.

Menſurae. Longitudo thoracis	2 lin.
elytri	$2\frac{1}{2}$ —
abdominis	$5\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis	$2\frac{1}{2}$ —

Habitat in hortis, & nemoribus.

435. Erythropterus, Rothflügeliger Raubkäfer.

Staphylinus *erythropterus*, ater, elytris pedibusque rufis. *Lin. S. N. gen.* 217. *ſp.* 4.
Lin. faun. ſuec. n. 842.
Pod. mus. graec. p. 48.
Scop. carn. n. 306.

Der geflügelte Raubkäfer. *Friſch. Inſ. Deut. part.* 5. *p.* 49. *t.* 25.

Le ſtaphylin à etuis couleur de rouille. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 364.

Rothflügel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 389.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 8 lin.
elytri $1\frac{2}{3}$ —
abdominis 5 —
Latitudo abdominis 2 —

Habitat in cadaveribus.

436. NITENS, Glänzender Raubkäfer.

Staphylinus *nitens*, ater, nitens, elytris thorace brevioribus; thorace punctis quinque majoribus, infinitis minoribus.

Le petit ſtaphylin noir. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 361.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 7 lin.
thoracis $1\frac{1}{2}$ —
elytri 1 —
abdominis 5^{a} —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{2}$ —

Thorax mei ſpeciminis gerit puncta excavata majora quinque; innumera minora.

437. POLITUS, Polirter Raubkäfer.

Staphylinus ater, laevis, nitidus impunctatus; thorace ſolum punctis duodecim lynceo viſibilibus.

Staphylinus politus. *Lin. S. N. gen.* 217. *ſp.* 5. *Lin. faun. ſuec. n.* 843.

Staphylinus politus. *Scop. carn. n.* 304.

Polirer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 390.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
thoracis $\frac{1}{2}$ —
elytri 1 —
abdominis 3 —
Latitudo abdominis $\frac{4}{5}$ —

Thorax laeviſſimus; punctis ſolum 12, minutis, nec niſi ad lentem viſibilibus.

438. Rufus, Fuchsrother Raubkäfer.

Staphylinus *rufus*, rufus, capite, elytrorum, abdominisque poſticis nigris, femoribus baſi nigris. *Lin. S. N. gen.* 217. *ſp.* 6. *Lin. faun. ſuec. n.* 844.

Staphilinus rufus. *Scop. carn. n.* 307. *Pod. mus. graec. p.* 49.

Le ſtaphilin jaune, à tête etuis, & anus noirs. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 370.

Wedelfühlhorn. *Müll. Lin Nat. Cl. V. p.* 390.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3½ lin.
thoracis ⅔ —
elytri ⅔ —
abdominis 2 —
Latitudo abdominis 1 —

Antennae, quae Chryſomelae Boleti.

Habitat paſſim ſed rarior.

439. Elongatus, Länglichter Raubkäfer.

Staphylinus *elongatus*, niger, elytris poſtice, pedibus, antennisque ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 217. *ſp.* 14.

Langſchild. *Müll. Lin Nat. Cl. V. p.* 392.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
Latitudo inſecti ⅓ —

Deſcr. Niger, glaber, linearis; pedibus, elytrisque fuſco-teſtaceis; elytris tantum baſi nigris. Thorax elytraque minutiſſime punctata.

Habitat in terra, Lincii.

Variat: elytris obſcurioribus, nec baſi nigris.

340. An-

440. ANGUSTATUS, Schmaler Raubkäfer.

Staphylinus niger; thorace, elytris, pedibusque caſtaneis.

Menſurae. Longit a cap. ad an. $3\frac{1}{4}$ lin.
Latitudo inſecti $\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Thoras elongatus, laevis, obſcure teſtaceus; pectus, pedes, abdomen ſubtus, elytra, caſtanea; elytra punctis excavatis ſparſis. Abdomen pectore, pedibus, elytris ſaturatius coloratum, ſupra cum capite nigrum.

Habitat in Auſtria.

441. RIPARIUS, Uferraubkäfer.

Staphylinus *riparius*, rufus, elytris coeruleis, capite, abdominisque apice nigris.
Lin. S. N. gen. 217. *ſp.* 8.
Lin. faun. ſuec. n. 846.

Staphylinus gregarius. *Scop. carn. n.* 308.

Le ſtaphilin rouge a tête noire & etuis bleus. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 369.

Uferräuber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 391.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
elytri $\frac{1}{2}$ —
abdominis poſt elytra 2 —
Latitudo inſecti $\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Elegans inſectum. Caput nigrum, nitidum, palpi, antennaeque ferrugineae, hae tamen extrorſum nigreſcunt. Thorax globoſus nitidus rufus, ſeu fulvus, etiam pectus. Abdomen antice fulvum poſtice nigrum. Elytra violacea punctata. Pedes ferruginei, femora apicibus nigris.

Habitat in terra ad arborum radices copiosus, veris tempore, socius Acari *holoserícei* β, Cimicis *Collini*, & formicae *fuscae*. Etiam inter folia congesta, socius Scolopendrae *forficatae* adest.

442. Saxatilis, Steinraubkäfer.

Staphylinus niger, nitidus, subpubescens; elytris pedibus, abdominisque apice testaceis.

Le staphilin à etuis marons pointillés. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 365. *sp.* 11.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
elytri $\frac{2}{3}$ —

Descr. Niger; caput & thorax nitentia, elytra castanea, pedes abdominisque apex obscure ex testaceo rubent.

Habitat in terra, sub lapidibus, forte Poduras, junioresque Oniscos venans.

Lecta Viennae 4. Junii.

443. Caraboides, Gelbschildiger Raubkäfer.

Staphylinus *caraboides*, flavus. *Lin. S. N. gen.* 217. *sp.* 20.
Lin. faun. suec. n. 854.
Gelbschild. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 393.

Mensurae. Longit. ad cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin.
elytri $\frac{1}{2}$ —
abdominis 1 —
antennae 1 —
Latitudo insecti $\frac{1}{3}$ —

Caput, abdominisque apex nigra; reliqua pallide testacea; thorax & elytra minutissime punctata.

Habitat in terra.

444. Do-

444. Domicella, Raubkäfer mit der Saloppe.

Staphylinus niger, thorace capuciformi, elytris pedibusque fusco-castaneis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
thoracis $\frac{1}{3}$ —
Latitudo insecti $\frac{1}{3}$ —

Descr. Niger; antennae breviusculae extrorsum crassiores, fuscae, basi nigrae. Thorax obscure castaneus, obtusus, capuciformis, leviter depressus; elytra brevia, obscure castanea. Hinc habitus insecti, qui domicellae modestioris palliolum, tali forte colore praeditum, gestantis. Abdomen prope elytra castaneum; dein nigrum; subtus nitens, castaneum, usque ad partem abdominis, quae supra nigra, haec enim & subtus nigra. Pedes nigri.

Habitat in Austria superiori.

445. Buphthalmos, Großaugigter Raubkäfer.

Staphylinus *buphthalmos*, niger, immaculatus, oculis magnis exsertis. *Beyträg. zur Nat. p.* 72. §. 21.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
Latitudo insecti $\frac{1}{4}$ —

Habitat ad hortorum muros.

446. Biguttatus, Zweytropfigter Raubkäfer.

Staphylinus biguttatus, niger, elytris puncto fulvo. *Lin. S. N. gen.* 217. *sp.* 15. *Lin. faun. suec. n.* 851.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
Latitudo insecti $\frac{1}{4}$ —

Habitat in terra, ad rudera.

447. Blat-

447. Blattinus, Schabenartiger Raubkäfer.

Staphylinus ater, thoracis lati lateribus, elytris, pedibusque teſtudineis nitidis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ —
Latitudo thoracis ⅓ —

Deſcr. Habitus Blattae *lucifugae*, & thorax ita latus, marginatus, margine tamen non reflexo. Ater nitens glaber. Thorax lateribus pallide teſtaceus, laeviſſimus. Elytra fuſco caſtanea, laeviſſima, nitidiſſima, uti thorax; margine exteriori ad baſin nigro. Abdomen nigrum, piloſum. Pedes lucide teſtacei.
Habitat in terra.

448. Chrysomelinus, Goldhähnchenähnlicher Raubkäfer.

Staphylinus *chryſomelinus*, niger, thorace elytris, pedibusque ſubteſtaceis. *Lin. S. N. gen.* 217. *ſp.* 21.
Lin. faun. ſuec. n. 855.
Le ſtaphilin couleur de paille. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 368.
Rauberhähnchen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 394.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
Latitudo inſecti ⅓ —

Habitat in hortis ad muros; etiam in arena riparia inſularum Danubialium.

449. Piceus, Pechſchwarzer Raubkäfer.

Staphylinus *piceus*, niger, elytris piceis, thorace depreſſo ſtriis tribus longitudinalibus. *Lin. S. N. gen.* 217. *ſp.* 25.
Le ſtaphilin noir a corcelet filloné & bordé. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 367.
Pechdecke. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 394.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
Latitudo inſecti $\frac{1}{3}$ —

Habitat ad ripas rivulorum.

450. MARTIALIS, Märzenraubkäfer.

Staphylinus niger; elytris, antennis, pedibusque ferrugineis; elytris margine exteriore nigris.

Menſurae Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin.
elytri $\frac{1}{4}$ —
Latitudo inſecti $\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Caput nigrum; palpi antennaeque ferrugineae. Thorax niger, margine exteriore, & ad marginem poſticum teſtudineo-ruber. Elytra obſcure ferruginea, margine externo nigro. Abdomen nigrum, piloſulum. Pedes teſtaceo-rubri.

Habitat ad arborum radices inter folia congeſta, ubi 11. Martii inventus in Pratter.

451. OBTUSUS, Stumpfer Raubkäfer.

Staphylinus *obtuſus*, teſtaceus, elytris antice fuſcis. *Lin. S. N. gen.* 217. *ſp.* 9.
Stumpf. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 391.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{3}$ lin.
elytri $\frac{1}{4}$ —

Deſcr. Antennae, pectus, abdominis apex, & elytrorum baſis nigra; reliqua teſtacea.

Lectus Viennae, 3. Maji.

552. AUSTRIACUS, Oeſterreichiſcher Raubkäfer.

Staphylinus niger; pedibus, abdominisque baſi teſtaceis; elytris fuſcis.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
elytri $\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Lucide teſtacei, ſeu potius cerei coloris ſunt antennarum baſes, pedes, abdominis baſis, & pectus. Elytra fuſca, ſeu obſcure teſtacea. Reliqua nigra.

Habitat Viennae in terra.

453. Boleti, Schwammraubkäfer.

Staphylinus *boleti*, fuſcus, elytris pallidioribus, antennis pedibusque lividis. *Lin. S. N. gen.* 217. *ſp.* 26.
Lin. faun. ſuec. n. 859.

Staphilinus boleti. *Scop. carn. n.* 305.

Schwammenniſtler. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 395.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
elytri $\frac{1}{4}$ —

Antennae pallidiores reliquo corpore, at non tam pallide, uti pedes.

Habitat in fungis.

454. Minimus, Kleinſter Raubkäfer.

Staphilinus niger antennis pedibusque caſtaneis; palpis ferrugineis.

Ein kleiner Raubkäfer in dem Mooſe. *Beytr. zur Nat. p.* 57. §. 10.

Habitat ſub muſco.

FOR-

FORFICULA, Ohrkäfer.

455. Auricularia, Gemeiner Ohrkäfer.

Forficula antennis articulis quaduordecim.

Forficula auricularia. *Lin. S. N. gen.* 218. *sp.* 1.
Lin. faun. suec. n. 860.
Scop. carn. n. 312.
Pod. mus. graec. p. 49.

Ohrwurm. *Frisch Inf. Deut. part.* 8. *p.* 31. §. 15.

Der große Ohrwurm. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 396.

Le grand perce-oreille. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 375.

Habitat in plantis; amat flores Helianthi *annui* & *tuberosi*; visitat capsulas plantarum decandriarum, aliarumque; olera frequentat; notissimum hortulanis animal, damno quod fructibus Pomonae infert.

456. Minor, Kleinerer Ohrkäfer.

Forficula antennis articulis undecim.

Forficula minor. *Lin. S. N. gen.* 218. *sp.* 2.
Lin. faun. suec. n. 861.

Le petit perce-oreille. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 376.

Der kleine Ohrwurm. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 398.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo insecti $\frac{1}{2}$ —

Habitat minus passim.

BLAT-

BLATTA, Torrakan.

457. ORIENTALIS, Stubenſchabe.

Blatta *orientalis* fuſca; elytris abreviatis, ſulco oblongo impreſſo.

Blatta orientalis. *Lin. S. N. gen.* 219. *ſp.* 7.
Lin. faun. ſuec. n. 862.
Scop. carn. n. 313.

Blatta lucifuga. *Pod. mus. graec. p.* 49.

Die große ſchwarze Stubenſchabe. *Friſch Inſ. Deut. part.* 5. §. 3.

La blatte de cuiſines. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 380.

Habitat paſſim in hypocauſtis.

458. LAPPONICA, Waldſchabe.

Blatta *lapponica*, flaveſcens, elytris nigro-maculatis. *Lin. S. N. gen.* 219. *ſp.* 8.
Lin. faun. ſuec. n. 863.

Blatta ſylveſtris. *Pod. mus. graec. p* 50.
Scop. carn. n. 314.

Blatta anelytra. *Beyträg. zur Nat. p.* 73. §. 22.

La blatte jaune. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 382.

Leſta olim ſolitaria, una alterave vice in Auſtria ſuperiore; dein viſa copioſiſſima in ſylvis ad *Dornbach*.

MANTIS, Geſpenſtkäfer.

459. RELIGIOSA, Bethender Geſpenſtkäfer.

Mantis *religioſa*, thorace laevi, ſubcarinato, elytrisque viridibus immaculatis. *Lin. S. N. gen.* 220. *ſp.* 5.

Gryllus religioſus. *Scop. carn. n.* 315.

La mante. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 399.

Das

Das Inſect mit dem Mantel. *Handb. der Nat.* 4. *Beyt. T.* 6. *fig.* 3. bona.
Schröter Abhandl. Tom. 1. *p.* 269.
Das europäiſche wandelnde Blatt. *Müll. Lin. Nat. C. V. p.* 411.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 27 lin.
thoracis 7 —
elytri 18 —
femorum anticorum 6 —
tibiarum anticarum 8 —
tarſorum anticorum $3\frac{1}{3}$ —

Habitat in Auſtriae inferioris vitibus.

460. Pusilla, Kleiner Geſpenſtkäfer.

Mantis alis elytrisque ſimillimis, hyalinis; litura coſtali ad apicem flavo-griſea; chela angulata.
Mantis puſilla. *Pallas ſpicil. faſc.* 9. *p.* 15. *t.* 1.
Raphidia ſtiriaca. *Pod. mus. graec. p.* 101. *tab.* 1. *f.* 15. ſatis mala, ſed magnitudo naturalis.
Raphidia mantiſpa. *Scop. carn. n.* 712. *Lin. S. N. gen.* 240. *ſp.* 2.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 9 lin.
elytri alaeque $6\frac{1}{2}$ —
thoracis 2 —
femoris antici $2\frac{1}{4}$ —
tibiae anticae $2\frac{1}{3}$ —
tarſi antici. $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Thorax perfecte cylindricus, ſcabriuſculus, & quaſi toroſus, baſi apiceque fulvus, coetera luteus. Caput luteum, oculis vireſcentibus, antennae fulvae, breves, moniliformes. Alae (elytraque

traque alis concoloria, ſimillima) hyalinae, venis tenuiſſimis nigris reticulatae; latere exteriore a baſi ultra medium flavo, in maculam marginalem flavam definente flavedine; ſitus alarum, ut in Hemerobio *Perla;* nempe deflexae, non convolutae. Pedes ſimplices flavi, ventri adfixi, ſed antici remotiſſimi, ad baſin thoracis prope caput ſiti, antrorſum extenſi. Tibia ſubclavata, intus angulata, ſubtus denticulata ab apice usque ad medium, in medio ſpina longiuſcula armata. Tarſus unciformis reflexus. Color femorum tibiarum tarſorumque horum anticorum externo latere flavus, interno ex nigro fuſcus, nitidus.

Schol. Vereor, ne idem cum praeſenti infectum ſit, quod Cl. Pallas ſub nomine Mantis *Perlae* loco citato deſcripſit: Certe noſtro ſpecimini deſcriptio utriusque ſpeciei in laudatiſſimo opere deſcriptae convenit.

Habitat in Styria.

GRYLLUS, Heuſchrecke.

* Bulla. *Antennae thorace breviores; thorax carinatus.*

461. Bipunctatus, Abgeſtutzte Heuſchrecke.

Gryllus *bipunctatus*, thoracis ſcutello abdominis longitudine. *L. S. N. gen.* 221. *ſp.* 7. *Lin. faun. ſuec. n.* 864.

Gryllus bipunctatus. *Scop. carn. n.* 316. *Pod. mus. graec. p.* 50.

Le criquet à capuchon. *Geoffr. Paris. part.* 1. *p.* 394.

Stutzkörper. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 421.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
thoracis ſcutellique ſimul $4\frac{1}{6}$ —
femoris poſtici 3 —

Habitat paſſim in pratis humidiuſculis verno tempore.

462. Xyphothyreus, Schneidſchildige Heuſchrecke.

Gryllus thoracis ſcutello abdominis longitudine, punctis nullis impreſſis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{3}{4}$ lin.
thoracis ſcutellique ſimul $1\frac{1}{2}$ —
femoris poſtici $1\frac{1}{3}$ —

Differt a priori carina acutiore; nullis punctis ſcutello impreſſis.

Habitat ad foſſas pratorum Auſtriae ſuperioris primo vere.

** Acheta. *Cauda ſetis duabus.*

463. GRYLLOTALPA, Wärre.

Gryllus *Grillotalpa*, thorace rotundato, alis caudatis elytro longioribus, pedibus anticis palmatis tomentoſis. *Lin. S. N. gen.* 221. *ſp.* 10.
Lin. faun. ſuec. n. 866.

Gryllus gryllotalpa. *Scop. carn. n.* 317.
Pod. mus. graec. p. 50.

La courtilliere. La taupe grillon. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 388.

Feldgrille mit Maulwurfsfüßen. *Friſch Inſ. Deut. part.* 11. §. 28.

Maulwurfsgrille. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 422.

Non ultra deſcribo notiſſimum Inſectum.

464. Domesticus, Hausgrille.

Gryllus *domeſticus*, thorace rotundato, alis caudatis elytro longioribus pedibus ſimplicibus, corpore glauco. *Lin. S. N. gen.* 221. *ſp.* 12.

Lin. faun. ſuec. n. 868.

Gryllus domeſticus. *Scop. carn. n.* 318.

Pod. mus. graec. p. 51.

Le grillon. *Geoffr. paris. part.* 1. *p.* 389.

Hausgrille. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 424.

Audita mihi non viſa ſpecies.

465. Campestris, Feldgrille.

Gryllus *campeſtris*, thorace rotundato, cauda biſeta, ſtylo lineari, alis elytro brevioribus, corpore nigro. *Lin. S. N. gen.* 221. *ſp.* 13.

Gryllus campeſtris. *Scop. carn. n.* 319.

Pod. mus. graec. p. 51.

Feldgrille. *Friſch Inſ. Deut. part.* 1. §. 1.

Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 425.

Paſſim obvia ſpecies.

*** Tettigonia. *Cauda enſifera feminis.*

466. Viridissimus, Grüne Heuſchrecke.

Gryllus *viridiſſimus*, thorace rotundato, alis viridibus, antennis ſetaceis longiſſimis, enſe recto.

Gryllus viridiſſimus. *Lin. S. N. gen.* 221. *ſp.* 31.

Lin. faun. ſuec. n. 869.

Scop. carn. n. 320.

Pod. mus. graec. p. 51.

La

La fauterelle à coutelas. *Geoffr. Paris. part.* 1. *p.* 398.

Die große grüne Heuſchrecke. *Friſch Inſ. Deut. part.* 12. §. 2 & 3.

Schröt. Abhandl. tom. 1. *p.* 275.

Degenklinge. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 432.

Menſurae.		
Longitudo antennae	13	lin.
elytri	23	—
femoris poſtici	$9\frac{1}{3}$	—
corporis demto enſe	15	—

Varietas occurrit elytris pallidis, minime viridibus.

Habitat in arbuſtis.

Schol. Diſtinguitur a ſequenti praecipue enſe recto; unde perperam Linnaeus Gryllum *Locuſtam* falcatum Cl. Podae cum hac ſpecie, quam tamen ipſe noverat, confudit in Syſtemate.

467. Falcatus, Säbelheuſchrecke.

Gryllus viridiſſimus; enſe recurvo.

Gryllus falcatus. *Pod. mus. graec. p.* 52.
Scop. carn. n. 321.

Gryllus cauda enſifera recurvata. *Lin. faun. ſuec. n.* 2283.

Friſch Inſ. Deut. part. 12. *tab.* 2. *f.* 4. recte.

La fauterelle à ſabre. *Geoffr. Paris. part.* 1. *p.* 397.

Menſurae.		
Longit. antennae	8	lin.
elytri	5	—
enſis	4	—
femoris poſtici	$4\frac{3}{4}$	—
corporis usque ad enſem.	5	—

Habitat in arbuſtis; in Tilia ſaepius obvius.

468. VERRUCCIVORUS, Warzenfreſſende Heuſchrecke.

Gryllus *verruccivorus*, thorace ſubquadrato laevi, alis viridibus, fuſcomaculatis, antennis ſetaceis longitudine corporis.
Lin. S. N. gen. 221. ſp. 33.
Lin. faun. ſuec. n. 870.
Latitudo abdominis $1\frac{1}{3}$ —

Descr. Cl. SCOPOLI. Thorax modo niger, modo fulvus, modo vero fulvo nigroque varius. Pedes colore abdominis, sed femora nigra; alae anticae costa punctoque nigris.

Obs. In meis speciminibus pedes nigri.

Habitat in Austria superiore. Primo vere adest.

680. NEMORALIS, Waldblattwespe.

Tenthredo *nemoralis*, antennis setaceis, corpore atro, abdominis segmentis latere albis. *Lin. S. N. gen.* 242. *sp.* 42.
Lin. faun. suec. n. 1562.

Buschschlüpfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 833.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $4\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis 1 —

Habitat in sylvulis.

681. ERYTHROGONA, Rothgelenkige Blattwespe.

Tenthredo *erythrogona*, antennis septemnodiis, nigra; femorum apicibus tibiarumque basibus rubris.

La mouche - à - scie à genoux fauves. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 285.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae anticae 4 —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{3}$ —

Descr. Nigra, in cinereum colorem vergens; femora a medio ad apicem rubra, tibiae vero basi rubrae; hinc nomen.

Habitat Viennae.

682. FULVIVENIA, Gelbaderige Blattwespe.

Tenthredo antennis septemnodiis, nigra; alarum margine exteriore fulvo.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
antennae $1\frac{2}{3}$ —
alae anticae $3\frac{1}{3}$ —

Descr. Nigra; apices segmentorum abdominis colore lactis aqua diluti. Labium superius, margo alae anticae exterior, & punctum marginale crocea.

Habitat Viennae.

683. SALICIS, Bandweidenblattwespe.

Tenthredo *Salicis*, antennis septemnodiis, corpore flavo, vertice capitis, thoracisque nigro. *Lin. S. N. gen.* 242. *sp.* 21. *Lin. faun suec. n.* 1548.

La mouche - à - scie safranée à tête noire. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 272.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $3\frac{1}{2}$ —
alae poſticae 3 —
antennae 1 —
Latitudo abdominis 1 —

Deſcr. Antennae nigrae; apicem verſus modice craſſiores. Caput nigrum; labium flavum; thorax antice fulvus, poſtice niger; alae hyalinae, nonnihil croceo tinctae, margo ſuperiorum, marginisque macula atra. Reliquum corpus croceum; pedes crocei, tibiarum apex & apices omnium articulorum in tarſis, nigri. Inſectum ſequenti valde affine.

Lecta in Mauer 1. Auguſti.

684. Rosae, Roſenblattweſpe.

Tenthredo *Roſae*, antennis ſeptemnodiis, corpore flavo, coſta alarum ſuperiorum longitudinali nigra. *Lin. S. N. gen.* 242. *ſp.* 30.

Lin. faun. ſuec. n. 1553.
Pod. mus. graec. p. 103.
Tenthredo Roſae *Scop. carn. n.* 722.
La mouche-à-ſcie du roſier. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 272.

Roſenriecher. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 830.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{4}{5}$ lin.
alae anticae 3 —
alae poſticae $2\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis 1 —

Differt a priori 1) quod thorax totus niger; 2) quod coſta alarum ſuperiorum baſi fulva.

685. CAPREAE, Palmweidenblattwespe.

Tenthredo flava, capite thoraceque supra nigris; pectore flavo; costa alarum superiorum nigra.

Tenthredo capreae. *Lin. S. N. gen.* 242. *sp.* 55.

Lin. faun. suec. n. 1572.

La bedaude du Saule. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 281.

Weidenmager. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 836.

Differt a priori, quod costa tota nigra, & ante alam tumor longitudinalis fulvus; quod etiam pectus totum flavum, quod in priori nigrum. Caeterum hae differentiae tantae non sunt, ut non recte existimare videatur ille, qui omnes tres species conjunxerit, quod ipsae etiam larvae praesentis priorisque, fere non nisi loco differentes, suadere videntur.

Datur etiam postremae Varietas pectore toto nigro.

686. FLAVIPES, Gelbfüßige Blattwespe.

Tenthredo antennis septemnodiis, nigra; pedibus flavis.

Tenthredo antennis septemnodiis, corpore nigro, pedibus luteis. *Lin. S. N. edit. X. p.* 557. *n.* 14. ?

La mouche - à - scie noire à pattes jaunes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 286.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{2}$ — fere

Esset Tenthredo *Cerasi*, nisi scutellum nigrum esset.

Habitat ruri.

687. SAL.

687. SALTUUM, Haynblattwespe.

Tenthredo *Saltuum*, antennis setaceis, corpore nigro, abdomine luteo. *Lin. S. N. gen.* 242. *sp.* 48.

Lin. faun. suec. n. 1566.

Jäger. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 834.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis 1 —

Descr. Insectum totum, etiam pedibus atrocoeruleum. Abdomen totum croceum: Alae fuscae, superiores margine maculaque nigris. Tardum animal.
Habitat ruri.

688. OVATA, Eyförmige Blattwespe.

Tenthredo *ovata*, antennis septemnodiis corpore atro, thorace supra rubro. *Lin. S. N. gen.* 242. *sp.* 28.

Lin. faun. suec. n. 1553.

Rundrücken. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 830.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
alae anticae $2\frac{1}{3}$ —
antennae $\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{2}$ —

Variat thorace toto atro.
Habitat in hortis.

689. CYNOSBATI, Hundsrosenblattwespe.

Tenthredo *cynosbati*, antennis setaceis, corpore atro, pedibus ferrugineis: posticis albo nigroque annulatis. *Lin. S. N. gen.* 242. *sp.* 43.

Lin. faun. suec. n. 1563.

La mouche - à - ſcie à jambes variées. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 287.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae 2 —
Latitudo abdominis $\frac{1}{2}$ —

Habitat in Roſa.

690. Betulae, Birkenblattweſpe.

Tenthredo *Betulae*, antennis ſetaceis, corpore rubro, thorace, ano, oculis nigris; alis poſtice fuſcis. *Lin. S. N. gen. 242. ſp. 47.*
Lin. faun. ſuec. n. 1565.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{3}$ lin.
alae anticae $5\frac{1}{2}$ —
alae poſticae 4 —
capitis $1\frac{1}{3}$ —
abdominis 3 —
Latitudo capitis $1\frac{2}{3}$ —
abdominis 2 —

Habitat in Betula teſte Linnaeo.

691. Depressa, Flachgedrückte.

Tenthredo capite thoraceque nigro, characteribus flavis; pedibus abdomineque ferrugineis. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 281. n. 21.*

Menſurae prioris aut paulo minores.

Deſcr. Priori ſimillima, eodemque modo depreſſa; antennae ſetaceae fulvo-teſtaceae, articulis plurimis. Caput ſubquadrangulum, margine omni, maculisque flavis; lineae duae longitudinales excavatae;

vatae; os flavum; thorax niger, flavo varie maculatus. Alae fere reticulatae, subcroceae, puncto marginali croceo. Abdomen fulvum. Subtus pectus nigrum, linea utrinque obliqua flava, lata; pedes flavo-ferruginei.

Habitat Lincii.

692. LONICERAE, Geißblattwespe.

Tenthredo antennis subclavatis, fusca; tomentosa, nitens; alis ferrugineſcentibus.
Tenthredo Lonicerae. *Lin. S. N. gen.* 242. *sp.* 54.
Geißblattſchleicher. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 836.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo abdominis $1\frac{1}{4}$ —

Habitat in Lonicera *Xylosteo.*

693. LINEARIS, Linienförmige Blattwespe.

Tenthredo antennis multinodiis nigra; tibiis abdominisque filiformis cingulis quinque flavis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae anticae 4 —
antennae $2\frac{1}{2}$ —
abdominis $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{4}$ —

Comparet mense Junio.

SIREX, Holzwespe.

694. GIGAS, Größte Holzwespe.

Sirex *Gigas*, abdomine ferrugineo, segmentis tertio, quarto, quinto, & sexto nigris;

nigris; thorace villoso. *Lin. S. N. gen.* 243. *sp.* 1.

Lin. faun. suec. n. 1573.

Ichneumon Gigas. *Scop. carn. n.* 739.

Pod. mus. graec. p. 837.

L' Urocere. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 265.

Riesenwespe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 837.

		α.	β.
Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	14 ;	$8\frac{1}{2}$ lin.
	caudae	$2\frac{1}{4}$;	1 —
	vaginae	9 ;	$6\frac{1}{2}$ —
	alae anticae	11 ;	$6\frac{1}{2}$ —
	antennae	8 ;	$5\frac{1}{8}$ —
	Latitudo abdominis	3 ;	$1\frac{5}{8}$ —

ICHNEUMON, Raupentödter.

* *Scutello albido, antennis fascia albida.*

695. Sugillatorius, Schändender Raupentödter.

Ichneumon *sugillatorius*, scutello flavicante; thorace immaculato; abdomine atro: segmentis tribus utrinque puncto albo. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 1.
Lin. faun. suec. n. 1578.

L' ichneumon noir à pointe du corcelet & quatre taches du ventre blanches. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 345.

Schänder. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 843.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	6 lin.
	alae anticae	$3\frac{2}{3}$ —

Anten-

Antennarum annulus albus tantum dimidiatus; punctorum abdominis tantum duo paria. Coetera cum Linnaei descriptione conveniunt.

Specimen meum *mas* est.

696. Raptorius, Raubender Raupentödter.

Ichneumon *raptorius*, scutello flavicante, thorace immaculato; abdominis segmento secundo tertioque luteis, reliquis apice albis. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 2.

♂ L'Ichneumon noir à bande fauve sur le ventre, avec la pointe du corcelet & anneau des antennes blancs. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 342.

Rauber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 844.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 7 lin.
alae anticae 5 —

Differt specimen meum a Linnaeano, quod segmenta abdominis secundum & tertium non lutea, sed fulva; differt a Geoffroyano, quod reliqua omnia apice albo-punctata, nullo demto. Specimen tamen aliud possideo, puncto albo ad apicem segmenti quarti vix conspicuo notatum, hinc recte laudavi synonymon Cl. Geoffroy.

Mas est utrumque specimen, quod descripsi.

697. Ferrugineus, Roſtfärbiger Raupentödter.

Ichneumon scutello fulvo, thorace fulvomaculato; fulvoferrugineus; oculis abdominisque apice nigris.

Ichneumon ferrugineus. *Beytr. zur Nat. p.* 88.
♂ §. 52.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $5\frac{1}{2}$ —
antennae 4 —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{3}$ —
Mas eſt.

698. Extensorius, Dehnender Raupentödter.

Ichneumon *extenſorius*, ſcutello flavicante; thorace immaculato; abdominis ſegmento ſecundo tertioque ferrugineis, ultimis apice albidis. *Lin. S. N. gen.* 244. *ſp.* 4. *Lin. faun. ſuec. n.* 1581.
L'Ichneumon panachèe de noir et citron, ♂ à anneau blanc aux antennes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 344.
Dehner. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 845.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $3\frac{1}{3}$ —
Ultima tantum duo ſegmenta abdominis albo maculata.
Variat antennis ante annulum album rufis.
Mares tantum vidi.

699. Infractorius, Brechender Raupentödter.

Ichneumon *infractorius*, ſcutello flavo, thorace maculato, abdominis ſegmentis omnibus margine albis, pedibus ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 244. *ſp.* 7.
♂ *Lin. faun. ſuec. n.* 1584.
Brecher. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 845.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae anticae $3\frac{1}{2}$ —
antennae 4 —
Mares tantum vidi.

700. Br-

700. BIMACULATUS, Zweyfleckigter Raupentödter.

Ichneumon *bimaculatus*, scutello flavicante, antennis albo annulatis, niger; segmentis duobus postremis supra, macula
♂ gypsea. *Beytr. zur Nat. p.* 86. §. 48.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae anticae $4\frac{1}{2}$ —

Mas est.

701. TYRANNUS, Wüthender Raupentödter.

Ichneumon scutello albido, antennis fascia annulatis; abdominis segmentis plerisque margine albis; pedibus testaceis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
♀ abdominis $2\frac{2}{3}$ —
aculei $1\frac{1}{2}$ —
antennae 2 —

Descr. Similis Ichneumoni Infractorio. Niger, abdomine lanceolato, parte tenuiore thoracem spectante. Antennae albo annulatae; ante oculos utrinque lineola alba; sub alis utrinque lineola alba, & apices segmentorum abdominis, demtis primis duobus, albi. Scutellum constat punctis duobus albis; macula marginalis alae anticae alba, nigrae juncta. Genua omnia alba. Os palpique pallidi coloris; pedes rufi; & intima posticorum femora, seu potius femorum apophyses, mobilia, clavata, utrinque linea insculpta.

Habitat Viennae.

Lectus 23. Maji.

Femina.

702. Pictus, Gemalter Raupentödter.

Ichneumon scutello flavicante, antennis ferrugineis medietate nigris; abdominis segmentis duobus fulvis, reliquis apice albis.

Ichneumon pictus. *Beyträg. zur Nat. p.* 88.
♂ §. 51.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $7\frac{1}{4}$ lin.
alae anticae 5 —
antennae $4\frac{1}{2}$ —

Mas est.

** *Scutello albido, antennis nigris totis.*

703. Cirrogaster, Citronengelber Raupentödter.

Ichneumon scutello flavicante, antennis pectore thoraceque nigris; abdomine petiolato, pedibusque rufis.

L'Ichneumon jaune, à tête et corcelet noir
♂ avec la pointe jaune. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 330.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 11 lin.
alae anticae 8 —
Latitudo abdominis. $1\frac{1}{3}$ —

Descr. Niger; collum linea fulva; ante alas linea fulva, & propter eas ad latus inferius alia. Scutellum flavum. Abdomen pedesque ex ferrugineo testacea; abdomen depressiusculum. Alae ferrugineſcentes, etiam venis & costa, & puncto marginali.

Partes

Partes, quas Cl. GEOFFROY fuscas dixit, in meo specimine atrae sunt.

Habitat Lincii.

Marem tantum vidi.

704. VOLUTATORIUS, Wälzender Raupentödter.

Ichneumon *volutatorius*, scutello flavicante, thorace variegato, abdomine segmentis ♂ omnibus dorso flavis. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 14.

Lin. faun. suec. n. 1591.

Wälzer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 847.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	$6\frac{2}{3}$	lin.
alae anticae	$4\frac{1}{2}$	—
antennae	$6\frac{1}{2}$	—

Mas est, quem vidi.

705. VAGINATORIUS, Scheidentragender Raupentödter.

Ichneumon *vaginatorius*, scutello flavicante, thorace maculato; abdominis segmentis margine flavis, primo quintoque unicolore. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 18.

Lin. faun. suec. n. 1592.

Scheidenstecker. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 847.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	$4\frac{1}{2}$	lin.
♂ antennae	5	—
alae anticae	$4\frac{1}{5}$	—
abdominis sine petiolo, quod tamen breve est,	3	—

Descr. Niger; antennae per totam longitudinem subtus flavae, seu ferrugineae; puncta duo flava ad basin

basin thoracis, alia ad basin alarum, alia ad apicem (unum nempe utrinque) thoracis in latere; ad basin pectoris utrinque lineola obliqua flava, pedes ex flavo ferruginei, sed femora omnia annulo nigro, qui in tibiis posticis integer est. Segmenta omnia abdominis, nullo demto, apice flava.

Lectus Viennae 11. Maji.

Marem tantum vidi.

706. DELIRATORIUS, Wechselfärbigter Raupentödter.

Ichneumon *deliratorius*, scutello flavicante, thorace maculato: punctis utrinque tribus abdomine toto atro, tibiis albis. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 20. *Lin. faun. suec. n.* 1597.

Ichneumon alternatus. *Beytr. zur Nat. p.* 87. ♂ §. 40.

Phantasirer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 848.

L'Ichneumon à pointe du corcelet blanche, et pattes panachées de blanc. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 345.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	8 lin.
antennae	$4\frac{1}{2}$ —
alae anticae	$5\frac{3}{4}$ —
Latitudo abdominis	$\frac{3}{4}$ —

Mares duos, feminam nullam possideo.

707. SUPERBUS, Prächtiger Raupentödter.

Ichneumon antennis nigris, scutello flavo; abdominis segmentis utrinque macula flava.

L'Ichneumon noir a ventre tacheté de ci- ♀ tron sur les côtés. *Geoffr.* 2. *p.* 335.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$9\frac{1}{2}$ lin.
antennae	6 —
abdominis	6 —
aculei	10 —

Deſcr. Caput flavum; antennae nigrae; oculi rubri, ſed tam ſaturate, ut nigri videantur. Thorax niger, ſupra lineis duabus longitudinalibus flavis, & utrinque ad baſin linea alia nitenti fulva. Sub alis punctum flavum; ſcutellum flavum; ad baſin abdominis utrinque ſquammula flava. Abdomen falcatum ſaturatiſſime rubrum ac fere nigrum; annulus primus, qui inſecto petioli inſtar eſt, apice flavus; ſecundus dorſo flavo, & lateribus ſaturate fulvis; reliqui annuli utrinque habent maculam ſubrotundam flavam ſeu ſulphuream. Pedes flavi, ſed poſtici fulvi. Aculeus cum vaginis niger eſt. Alae ſuperiores ſubferrugineae, macula marginali ſaturatiore.

Habitat Viennae in Pratter.

Femina.

708. TRICOLOR, Dreyfärbigter Raupentödter.

Ichneumon ſcutello flavicante, niger, ſubpetiolatus, femoribus rufis, tibiis albidis.

Ichneumon tricolor. *Beytr. zur Nat. p.* 87. §. 50.

	Menſurae.	♂;	♀.
♂ ♀	Longit. a cap. ad an.	$3\frac{1}{3}$;	$4\frac{1}{2}$ lin.
	antennae	3 ;	3 —
	alae anticae	$2\frac{2}{3}$;	$3\frac{1}{4}$ —
	aculei	—;	3 —

Marem citato loco deſcripſi; *feminа* ſimillima, niſi quod antennae ſubtus obſcuriores, & lineola ante exortum alarum flava, quae nec in mare prorſus abeſt. Aculeus cum vaginis niger.

709.

709. Edictorius, Befehlender Raupentödter.

Ichneumon *edictorius*, scutello flavicante, thorace maculato: punctis utrinque duobus; abdomineque toto atro. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 19.

♂ *Lin. faun. suec. n.* 1596.

Befehlshaber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 848.

Descr. Aterrimus, lineola alba sub ala, & lineola alba ante alam. Scutellum album. Tibiae duorum anticorum parium cum tarsis fulvae. In secundo abdominis segmento latus utrinque colore testudineo longitudinaliter nitet.

Lectus 1. Augusti in Mauer.

Marem tantum vidi; ex majoribus est.

710. Dichrous, Doppelfärbiger Raupentödter.

Ichneumon thorace maculato, scutello flavicante, niger; abdomine sessili ovato fulvo, apice nigro.

♂

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 2½ lin.
alae anticae 2 —

Descr. Niger; ante oculos linea flava minuta; ad thoracis basin punctum flavum utrinque; ad basin alae aliud; lineola flava utrinque sub alis: scutellum & post hoc lineola transversa flava. Abdomen sessile, fulvum, basi modice apice late nigrum. Pedes fulvi, tibiae posticae annulo albo utrinque nigro marginato. Antennae deficiunt; adeoque fortasse jam priori loco ponenda erat haec species.

Mas est.

711. Brachyurus, Kurzschelbiger Raupentödter.

Ichneumon fulvus, thorace, oculis, antennis, abdominisque basi nigris; scutello fulvo; abdomine lineari.

Men-

♀ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. 3 lin.
alae anticae $2\frac{1}{3}$ —
antennae 3 —
aculei $\frac{1}{6}$ —

Deſcr. Abdomen ſublineare ſeſſile teſtaceum apice & ſubtus, ſupra baſi late nigrum. Pectus, antennae, thorax cum oculis nigra. Pedes flavi; caput ex flavo teſtaceum.

Femina.

*** *Scutello thoraci concolore antennis faſcia annulatis.*

712. COMITATOR, Begleitender Raupentödter.

Icneumon *comitator*, ater totus, antennis faſcia alba. *Lin. S. N. gen.* 244. *ſp.* 24. *Lin. faun. ſuec. n.* 1600.

L'Ichneumon noir à anneaux blancs aux
♂ antennes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 338.

Begleiter. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 849.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae anticae $4\frac{1}{2}$ —
antennae $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{2}$ —

Exiit mihi ſpecimen unum ex Pupa Phalaenae *Gamma*. *Mares* vidi plures; feminam nullam.

713. SEMIANNULATUS, Halbgürteliger Raupentödter.

Ichneumon niger; antennis nigris: medio faſcia dimidiata alba; abdominis petiolati ſegmento ſecundo tertioque rufis.

Ichneumon ſemiannulatus. *Beytr. zur Nat.* 4. 89. *ſp.* 53.

♂ L'Ichneumon noir à ventre fauve vers le bas, et anneau blanc aux antennes. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 341.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $7\frac{1}{3}$ lin.
antennae 5 —
alae anticae $4\frac{1}{2}$ —

Solus mihi *mas* notus eſt.

714. INCUBITOR, Wachender Raupentödter.

Ichneumon *incubitor*, niger. abdomine ferrugineo: apice nigro, macula alba, alis hyalinis, antennis faſciatis. *Lin. S. N. gen. 244. ſp. 26.*
Lin. faun. ſuec. n. 1602.

L'Ichneumon noir à ventre et pattes fauves, et anneau blanc aux antennes. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 347.*

Ichneumon incubitor. *Scop. carn. n. 745.*

Wächter. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 850.*

♀ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae anticae 3 —
antennae $3\frac{1}{3}$ —
aculei 2 —

Deſcr. Niger, antennae faſcia alba, non tamen integra, annulatae; petioli apex, ſegmentum ſecundum & tertium, uti & pedes, rufa. Apex abdominis macula eburnea notatur. Ante tarſos pedum poſticorum faſcia alba.
Lecta 2. Julii.
Femina.

715. VIATOR, Wandernder Raupentödter.

Ichneumon ater; antennis faſcia alba annulatis; pedibus totis fulvis.

Ich-

Ichneumon viator. *Scop. carn. n.* 747.

L'Ichneumon noir à pattes rougeâtres, à taches blanches sur les jambes, et anneau blanc aux antennes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 340.

♂

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae 3 —

Antennas in morte spirales gerit; abdomen petiolatum; posticorum duorum parium tibiae dimidio annulo flavo annulatae.

Marem, nec feminam vidi, quae teste Cl. Scopoli, solo differt aculeo.

716. Cothurnatus, Halbstiefeltragender Raupentödter.

Ichneumon niger; abdominis medio, pedibusque rufis; tarsis posticis, antennisque medio albis.

♂

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae 3 —
antennae 5 —

Descr. Niger; antennae insecto longiores, nigrae, medio albae; abdominis petiolus niger; segmentum secundum, tertium, quartique dimidium fulva. Pedes fulvi; femora postica nigra; tibiae posticae albo annulatae.

Mas est.

717. Curtus, Kurzstachlichter Raupentödter.

Ichneumon niger; antennis albo annulatis; tibiis testaceis, extimo ano albo.

♀ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. $2\frac{2}{3}$ lin.
alae anticae $2\frac{1}{2}$ —
aculei $\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Totus niger; alarum anticarum margo ad baſin puncto albo. Tibiae tarſique teſtacei coloris; anus extimus albus. Antennas arietis inſtar gerit mortuus. Abdomen petiolatum, ovatum.
Femina.

718. Fischeri, Fiſchers Raupentödter.

Ichneumon niger; antennarum baſi, tibiis, tarſis, abdomineque, demto petiolo & apice, rufis; femoribus omnibus clavatis. *Beytr. zur Nat. p.* 89. §. 54.

♂ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. 7 lin.
alae anticae 4 —
antennae 2 —
abdominis 1 —

Mas eſt.

**** *Scutello thoraci concolore; antennis nigris ſetaceis.*

719. Manifestator, Langſchwänziger Raupentödter.

Ichneumon *manifeſtator*, corpore atro immaculato, abdomine ſeſſili cylindrico, pedibus rufis. *Lin. S. N. gen.* 244. *ſp.* 32. *Lin. faun. ſuec. n.* 1608.
♀ *Pod. mus. graec. p.* 105.
Ichneumon manifeſtator. *Scop. carn. n.* 751.
L'Ichneumon à longue queuë. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 323.
Langſchwanz. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 851.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $7\frac{1}{3}$ lin.
aculei 8 —
alae anticae $3\frac{1}{2}$ —
antennae 5 —

Feminam tantum vidi, nec laudatis authoribus videtur Mas unquam occurriſſe.

720. COMPUNCTOR, Stechender Raupentödter.

♀ Ichneumon *compunctor*, corpore atro immaculato, abdomine ſubpetiolato longo, pedibus rufis, palpis ſetaceis. *Lin. S. N. gen.* 244. *ſp.* 33.
Lin. faun. ſuec. n. 1609.
Stecher. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 851.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
petioli $\frac{1}{2}$ —
aculei $7\frac{1}{2}$ —
♂ alae anticae $3\frac{1}{3}$ —
antennae 4 —
Femina.

721. COMPUNCTATOR, Durchbohrender Raupentödter.

♀ Ichneumon *compunctator*; corpore atro immaculato, abdomine ſubpetiolato oblongo, pedibus rufis; alis macula marginali nigra, aculeo antennis breviore. *Pod. mus. graec. p.* 106.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae 5 —
antennae 4 —
aculei 2 —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{2}$ —
Femina.

722. Ruspator, Spührender Raupentödter.

Ichneumon *ruspator*, niger, abdomine subcylindrico, pedibus ferrugineis, femoribus clavatis; posticis dentatis. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 51.

Lin. faun. suec. n. 1525.

Lichneumon noir, à pattes brunes & grosses cuisses dentelées. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 326.

Spührer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 856.

♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{3}$ lin.
alae anticae $3\frac{2}{3}$ —
aculei 6 —

Descr. Differt nonnihil specimen meum ab eo, quod Linnaeus & Geoffroy descripsere; adeoque an varietas, an nova sit species, haereo.

Niger; caput longiusculo collo a thorace separatum: abdomen petiolatum, annulo primo, qui petiolus, toto, secundoque fere toto testaceis; quarto & quinto nigris. Plura segmenta abdomen non habet. Tibiae omnes testaceae; femorum posticorum apophyses longae, nigrae, quibus junguntur femora, crassiusculа illa, basi testacea, latere interiore tridentata.

Femina.

723. Titillator, Kützlender Raupentödter.

Ichneumon *titillator*, corpore nigro, abdomine ferrugineo, basi apiceque nigro, pedibus posticis nigris. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 35.

Lin. faun. suec. n. 1611.

L'Ich-

L'Ichneumon noir à ventre fauve au milieu, & pieds de derriere blancs. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 350.*

♂ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
abdominis 4 —
antennae 6 —
alae anticae $4\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Nigerrimus; pedes rubri, femora poſtica nigra tarſi vero albi. Abdomen petiolatum, ſegmentis ſecundo, tertio, quarto, quinto rufis.

Lectus 22. Maji.

Mas.

724. VENATOR, Jagender Raupentödter.

Ichneumon venator, corpore atro immaculato, abdominis baſi ſubtus incarnata, pedibus rufis, aculeo retractili. *Lin. S. N. gen. 244. ſp. 36.*
Lin. faun. ſuec. n. 1612.
Jäger. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 852.*

♀ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. 5 lin.
antennae 3 —
alae anticae 4 —
aculei $\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Aterrimus, abdomine petiolato; palpi oris flavi; tibiae pedum flavae, poſticorum apice nigro; tarſi flavi. Abdominis ſegmentum ſecundum, ſeu a petiolo primum ſubtus flavum.

Femina.

725. TARSOLEUCOS, Weißfüßiger Raupentödter.

Ichneumon antennis nigris ſetaceis; ſcutello thoraci concolore; niger; pedibus

bus ferrugineis, tarsis posticorum albis, unguibus nigris; abdomine falcato.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
abdominis 4 lin.
alae anticae $4\frac{1}{3}$ —
antennae 5 —

Copiosus Viennae in Pratter circa arbores vagatur; nec tamen, etsi *Mares* numerosos, feminam ullam vidi. Aestate sub canicula comparet.

726. Latro, Tödtlicher Raupentödter.

Ichneumon niger, antennis nigris setaceis, scutello thoraci concolore; pedibus abdomineque testaceis; abdomine petiolato subcompresso, apice nigro, aculeo breviſſimo.

Mensurae.

Longit. a cap. ad anum, demto petiolo 9 lin.
petioli 1 —
antennae 4 —
alae anticae $4\frac{1}{2}$ —
aculei $\frac{2}{3}$ — vix.

Descr. Femora basi, & tibiae apice cum reliquo pede nigra; apex femorum, & basis tibiarum testacea. Abdominis petiolus secundum, tertium, quartum segmentum, omnia testacea, reliqua nigra; immo in dorso quoque secundi segmenti macula longitudinalis, & in quarto utrinque ad latus nigra. Linea alba ante oculos.

Femina.

Lectus Viennae 15. Apr.

727. Ele-

727. ELEGANTULUS, Geputzter Raupentödter.

Ichneumon antennis nigris totis; scutello thoraci concolore; niger, tibiis abdominisque secundo & tertio segmentis flavis.

♂ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 6 lin.
anten nae 5 —
alae anticae 5 —

Descr. Totus ater; alarum anticarum punctum baseos flavum; abdomen petiolatum, non compressum; secundum tertiumque segmentum, quin & petioli apex supra subtusque flava. Femora omnia clavata nigra, tibiae omnes cum tarsis flavae; antennae subtus flavo-fuscae.

Variat scutello flavo; & hic est

Ichneumon luctatorius. *Lin.* S. *N. gen.* 244. *sp.* 13.

Lin. faun. suec. n. 1590.

♂ L' ichneumon noir, à pointe du corcelet, partie des pattes & milieu de ventre fauves. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 347. *sp.* 59.

Deficiunt tamen in meo specimine tres maculae flavae in segmento quarto; adsunt vero duae aliae obsolete flavae una in utroque latere angusta, introrsum acuminata.

Utraque varietas *Mas* est, nec feminam aut LINNAEUS, aut GEOFFROY vidisse videtur.

728. VESPIFORMIS, Wespenartiger Raupentödter.

Ichneumon antennis nigris totis; scutello nigro; niger; abdomine cingulis quatuor flavis.

♂ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. 8 lin.
alae anticae 6 —

Deſcr. Niger, denſe punctatus, punctis elevatis; frons ſulphurea; ante exortum alae cujusvis anticae lineola ſulphurea. Abdomen baſi, & apice ſegmentorum, ſecundi, tertii, quarti, quintique paris cingulo ſulphureo, ut adeo omnia ſegmenta apice flava ſint, demto primo, quod ejus loco baſi flavum eſt. Femora atra, baſi ſulphurea; tibiae & tarſi primi paris ſulphurei, reliquorum pedum fuſceſcentis coloris.

Habitat Viennae.

Mas eſt.

729. SURRATUS, Gelbwadigter Raupentödter.

Ichneumon ſcutello thoraci concolore, antennis nigris totis; abdomine petiolato falcato nigro, ſegmento ſecundo luteo.

♂ *Menſ.* Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
antennae $3\frac{1}{2}$ —
alae anticae 3 —
abdominis ſine petiolo $2\frac{1}{2}$ —
petioli $\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Niger; alarum anticarum apophyſes, tibiae, & primum a petiolo ſegmentum abdominis flava ſunt; reliqua omnia nigra.

Habitat Viennae.

Lectus 11. Maji.

Mas eſt.

730. OCCISOR, Mörderiſcher Raupentödter.

Ichneumon niger; abdomine falcato, faſcia ferruginea. *Beytr. zur Nat. p.* 90. §. 56.

Men-

♀ *Menſ.* Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{5}$ lin.
antennae $2\frac{2}{3}$ —
alae anticae $3\frac{1}{2}$ —
abdominis ſine petiolo $2\frac{1}{2}$ —
petioli $\frac{2}{3}$ —
aculei 1 —

Femina.

731. FLAVIFRONS, Gelbgeſtirnter Raupentödter.

Ichneumon niger; fronte flava; pedibus rufis; antennis ſubtus pallidis.

L' ichneumon noir à pattes fauves, & devant de la tête jaune. *Geoffr. Paris. part. 2. pag. 326. ſp. 10.*

♂ ♀ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae anticae $4\frac{2}{3}$ —
antennae 5 —
aculei $1\frac{1}{5}$ —

Deſcr. Frons cum ore flava; antennae nigrae, ſubtus ferrugineae. Pedes fulvi. In macula marginali nigra punctum album. Abdomen fere ſeſſile.

Femina nihil a *mare* diverſa, niſi quod aculeum habeat, & abdomine ſit paulo latiori; aculei vaginae craſſae, tomentoſae.

732. PUGILLATOR, Fechtender Raupentödter.

Ichneumon *pugillator*, niger, abdomine falcato: ſegmentis ſecundo, tertio, quartoque rufis, pedibus tenuibus ferrugineis. *Lin. S. N. gen. 244. ſp. 50.*
Lin. faun. ſuec. n. 1624.

L' ichneumon noir, à pattes & milieu du ventre citron. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 332.*

Fechter. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 856.*

Men-

♀ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. 6 lin.
antennae $4\frac{1}{2}$ —
alae anticae 4 —
abdominis 4 —
aculei $\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Niger totus; abdomen falcatum, ſegmentum ſecundum apice, tertium quartumque integre, quintum baſi teſtacea. Pedes antici ſimiliter.

Lectus Viennae ſub Maji medium.

Femina.

733. Macropus, Langfüßiger Raupentödter.

Ichneumon *macropus*, niger; antennis apice, abdominis medio pedibusque ferrugineis: pedibus poſticis nigro ferrugineoque variis. *Beytr. zur Nat. p.* 90. §. 55.

♀ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae anticae $4\frac{1}{2}$ —
aculei $\frac{1}{6}$ —

Femina.

734. Delusor, Spottender Raupentödter.

Ichneumon *deluſor*, corpore nigro, abdomine ferrugineo baſi apiceque nigro, femorum poſticorum patellis ſolis nigris. *Lin. S. N. gen.* 244. *ſp.* 34.
Lin. faun. ſuec. n. 1609.

L'Ichneumon noir, à pattes & milieu du ventre fauves, & pieds de derriere noirs. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 351.

Spötter. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 852.

Men-

♂ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 3½ lin.
antennae 4 —
alae anticae 3 —

Mas est.

735. INCULCATOR, Stampfender Raupentödter.

Ichneumon *inculcator*, niger, abdomine falcato toto ferrugineo. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 49.
Lin. faun. suec. n. 1623.
L' Ichneumon noir à pattes & ventre fauves. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 357.
Stampfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 854.

♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 3 lin.
alae anticae 2½ —
antennae 2 —
aculei ⅕ — vix.

Meras vidi *feminas.*

736. IMPOSTOR, Betrüglicher Raupentödter.

Ichneumon scutello thoraci concolore, antennis nigris setaceis; corpore toto, alisque nigris; abdomine fulvo.
Ichneumon impostor. *Scop. carn. n.* 758.
L' Ichneumon noir à ventre couleur de cerise. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 352.

♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. — 4 lin.
antennae — 4½ —
alae anticae — 3¼ —
aculei 2; 3 —
abdominis — 3¼ —

Lectus Viennae sub Maji medium.

Meis

Meis speciminibus, quae omnia *feminae* sunt, oculi atri.
Fors femina sequentis.

737. DENIGRATOR, Schwärzender Raupentödter.

Ichneumon *denigrator*, corpore atro, alis nigris, lunula hyalina; abdomine testaceo subsessili. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 28. *Lin. faun. suec. n.* 1604.

Einschwärzer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 850.

♂ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 2½ lin.
alae anticae 1¼ —
antennae 4 —

Mas.

738. DESERTOR, Abtrünniger Raupentödter.

Ichneumon *desertor*, corpore luteo, alis fuscis: fasciis duabus albis. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 29.

Lin. faun. suec. n. 1605.

♂ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an 3½ lin.
alae anticae 2½ —

Mas.

739. PRAEROGATOR, Austheilender Raupentödter.

Ichneumon *praerogator*, niger, pedibus flavis, abdomine oblongo obtuso. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 44.

Lin. faun. suec. n. 1619.

Austheiler. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 854.

♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 3⅕ lin.
aculei ⅔ —
alae anticae 2½ —

Femina.

740. AB-

740. ABROGATOR, Abſchaffender Raupentödter.

Ichneumon niger; abdomine ovato; pedibus ferrugineis.

♀ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $2\frac{2}{3}$ —
antennae $2\frac{2}{3}$ —

Aculeus vix lente viſibilis, adeo brevis. Abdomen ovatum. Coeterum priori ſimillimus.

Femina.

741. DEVASTATOR, Zerſtörender Raupentödter.

Ichneumon niger; abdomine petiolato pedibusque ferrugineis; femoribus poſticis nigris; alis fuſceſcentibus.

♀ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{3}$ lin.
alae anticae $2\frac{1}{2}$ —
antennae $1\frac{3}{4}$ —

Deſcr. Abdomen petiolatum nec falcatum, petiolo ſolo nigro, pedes ferruginei, femora poſticorum quatuor pedum nigra, juncturis tamen ferrugineis. Antennae attenuatae. Aculeus vix lente conſpicitur.

Femina.

742. RUTILATOR, Vergoldender Raupentödter.

Ichneumon niger; antennis ſubtus, pedibusque quatuor anticis ſulphureis; abdomine ferrugineo, baſi nigro.

Ichneumon rutilator. *Lin. S. N. gen.* 244. *ſp.* 30.

Lin. faun. ſuec. n. 1607.

Vergulder. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 851.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
♂ alae anticae $2\frac{3}{4}$ —

Femo-

Femora postica nigra; pedum tibiae nigrae, cum flava tinctura in basi; frons quadrata sulphurea.

Mas.

743. Impraegnator, Schwängernder Raupentödter.

Ichneumon niger, tibiis quatuor anticis ferrugineis; abdomine ferrugineo; apice primoque segmento nigro, secundo quinque punctato.

♂ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{3}$ lin.
antennae $2\frac{2}{3}$ —

Descr. Omnia in nomine dicta. Adde: puncta nigra segmenti secundi locata esse in lineis transversis duabus, ad basin segmenti, hoc ordine: 3; 2.

Mas.

744. Impugnator, Bekämpfender Raupentödter.

Ichneumon antennis extrorsum subcrassioribus, niger; abdomine cingulis duobus flavis.

♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 3 lin.
antennae $1\frac{3}{4}$ —
alae anticae 3 —

Descr. Omnia, ut in nomine; adde: tibias quatuor anticas testaceas, posticas fuscas. Aculeus minutissimus.

Femina.

745. Cinctus, Schwarzgürteliger Raupentödter.

Ichneumon *cinctus*, ater, antennis pedibusque ferrugineis; alis albis, fasciis duabus nigris. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 60. *Lin. faun. suec. n.* 1632.

L' Ich-

L'Ichneumon à deux bandes sur les aîles. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 259.*

Schwarzgürtel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 858.*

♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 2 lin.
abdominis demto petiolo $\frac{2}{3}$ —
alae anticae $1\frac{1}{3}$ —
aculei $\frac{1}{2}$ — vix.
antennae $1\frac{1}{2}$ —

Descr. Totus niger; antennae rufae, apicem versus nigrescunt; pedes pariter rufi, sed tibiae & pedes postici obscuriores, ut eorum tibiae fere nigrae. Os rufum, alae hyalinae incumbentes, fasciis duabus fuliginosis, quarum posterior latior. Abdomen petiolatum.

Invenitur saepius in fenestris, in mediis urbibus. An Larvarum Ptini Dermestidumque destructor?

Femina.

746. Mystacatus, Schnurrbärtiger Raupentödter.

Ichneumon palpis longis, tibiarumque basi flavis.

♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. $1\frac{3}{4}$ lin.
antennae $1\frac{2}{3}$ —
alae anticae $1\frac{1}{2}$ —
aculei $1\frac{1}{2}$ —
palpi $\frac{1}{2}$ —

Descr. Totus, etiam antennis fuso-fuscus; oculi nigri, uti & tibiarum medium, abdominis petiolati apex, & lituraе in thorace. Palpi valde longi, albi; hos inter ambulandum motitat, ad latus exsertos motitat, mystacum more. Tibiarum basis alba. Alae subfuliginosae, macula marginali nigra; femora subclavata.

Habitat in fenestris primo vere.

747. Debellator, Besiegender Raupentödter.

Ichneumon antennarum basi, pedibusque flavis; abdomine petiolato, cingulo fulvo.

♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 2 lin.
alae anticae 1½ —
aculei 1/10 —
antennae 1⅓ —

Descr. Totus niger; basis antennarum, primus articulus, & tibiae omnes flavae. Abdomen ovatum petiolatum; segmentum secundum apice fulvum.

Femina.

748. Insectator, Verfolgender Raupentödter.

Ichneumon ore palpisque flavis, antennis fuscis, pedibus citrinis.

♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 1¾ lin.
antennae 1½ —
alae anticae 1⅓ —
aculei ⅓ —

Descr. Omnia, ut in nomine; adde: abdomen subfalcatum, petiolatum.

Femina.

***** *Antennis luteis setaceis.*

749. Xanthopus, Gelbfüßiger Raupentödter.

Ichneumon antennis setaceis ferrugineis; aculeo brevi, pedumque apicibus flavis, abdomine falcato.

L' Ichneumon à tête et corcelet noirs, et ventre jaune en faucille. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 331.

Men-

	♂;	♀.
♂ ♀ *Mens.* Longit. a cap. ad an.	9 ;	14 lin.
abdominis	$6\frac{1}{2}$;	10 —
alae anticae	$4\frac{2}{3}$;	$7\frac{1}{3}$ —
antennae	$4\frac{1}{2}$;	9 —
aculei	—;	1 —

Descr. Demta magnitudine & aculeo *femina Mari* per omnia similis.

Flava sunt: frons, palpi, aculeus, plantae pedum, & tibiae primi paris.

Nigra sunt oculi, pectus, thorax, scutellum, apex abdominis, tibiarum posticarum apices.

Ferruginea reliqua.

Lectus Viennae 25. Maji.

750. Luteus, Gelber Raupentödter.

Ichneumon *luteus*, luteus, thorace striato, abdomine falcato. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 55.

Lin. faun. suec. n. 1605.

L' Ichneumon jaune à ventre en faucille. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 331.

Gelbschnabel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 857.

♂ ♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an.	$8\frac{1}{2}$ lin.
antennae	9 —
abdominis	6 —
alae anticae	7 —

Descr. Ferrugineus, abdomine falcato. Scutello basique oculorum flavis. Per thoracem etiam descendunt quatuor lineae flavae, duae rectae in medio, & duae, extra has, curvae.

Frequens sexus uterque; femina aculeo vix exserto.

751. RAMIDULUS, Schwarzafteriger Raupentödter.

Ichneumon *ramidulus*, luteus, abdomine falcato: apice nigro. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 56.

Lin. faun. suec. n. 1617.

♂♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 8 lin.
alae anticae 5 —
antennae $6\frac{1}{2}$ —

Mas a *femina* solius aculei defectu differt, qui tamen etiam in hac vix exsertus.

752. MELANOPS, Schwarzsehender Raupentödter.

Ichneumon ferrugineus oculis, abdominis apice, aculeique vaginis nigris.

♀ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae anticae 5 —
antennae 4 —
aculei $1\frac{1}{2}$ —

Descr. Totus ferrugineus; abdomen petiolatum, non falcatum, apice fuscum, aut nigricans; aculeus totus cum suis vaginis ater; scutellum fulvum; pectus antice utrinque linea nigra flavo marginata, & macula flava ad apophysin femorum posticorum. *Femina.*

753. NIGROCULUS, Schwarzsichtiger Raupentödter.

Ichneumon ferrugineus; abdomine petiolato, basi nigredine notato; aculeo nigro.

♀ *Mensurae.* Longitudo antennae 4 lin.
alae anticae $4\frac{2}{3}$ —
abdominis, demto petiolo $2\frac{3}{4}$ —
aculei $1\frac{1}{2}$ —

Descr.

Descr. Multum priori similis, sed tamen fortasse diversus. Ferrugineus totus. Nigra sunt: oculi, petiolus, segmentorum bases supra, ita tamen, ut nigredinis latitudo in quovis segmento minuatur, aculeus denique cum vaginis. Abdomen petiolatum non falcatum.

Femina.

754. QUADRIPUNCTATUS, Vierfachpunctirter Raupentödter.

Ichneumon ferrugineus, scutello flavo; abdomine fuscescente, ad basin paribus duobus punctorum nigrorum elevatorum.

♂ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. $4\frac{2}{3}$ lin.
alae anticae $4\frac{1}{4}$ —
antennae 4 —

Descr. Ferrugineus; frons & os flava; oculi nigri; thoracis medio linea longitudinalis nigra; scutellum flavum; abdomen ex ferrugineo fuscescens, petiolatum, nec falcatum; petiolo supra nigro; segmentis secundo & tertio ad basin punctis duobus elevatis nigris, quae puncta in sequentibus obsoletissima. Femora postica crassiuscula.

Mas.

755. VINCTUS, Gebundener Raupentödter.

Ichneumon ferrugineus nitens; scutello flavo; femoribus posticis subclavatis.

♂ *Mensurae.* Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $4\frac{1}{5}$ —
antennae $3\frac{4}{5}$ —

Descr. Priori simillimus, nisi quod pectus ad femorum apophyses nigro colore tingatur, postque scutellum flavum linea atra tenuis, funis instar, insectum circumdet; coetera aequabiliter ferrugineum.

Mas est.

756. Exoticus, Außerordentlicher Raupentödter.

Ichneumon niger, antennis, abdominis medio, tibiisque ferrugineis.

♂ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae 3 —
antennae $2\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Omnia, ut in nomine; abdomen petiolatum non falcatum; ſegmentis ſecundo, tertio, quarto ferrugineis. Tibiae poſticae apice nigrae.

Marem nec feminam novi.

757. Melanophthalmus, Schwarzaugiger Raupentödter.

Ichneumon melanophthalmus, ferrugineus, oculis, thoracis apice, abdominisque baſi lateribus nigris. *Beytr. zur Nat. p.* 91. §. 57.

♂ *Menſurae.* Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $2\frac{1}{2}$ —
antennae $1\frac{1}{2}$ —

Mas eſt.

****** *Minuti, antennis filiformibus.*

758. Puparum, Pupentödterchen.

Ichneumon viridi-auratus, pedibus pallidis flavis.

Ichneumon Puparum. *Lin. S. N. gen.* 244. *ſp.* 66.
Lin. faun. ſuec. n. 1636.

Ichneumon Antiope. *Scop. carn. n.* 765.

Le

Le cinips des chryſalides des papilions. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 305.*

Puppenmörder. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 860.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
alae anticae 1 —

Habitat paſſim in Pupis, praeſertim Papilionis *braſſicae* gregarius.

759. Erucarum, Goldnes Raupentödterchen.

Ichneumon violaceo-auratus; abdomine baſi pedibusque ferrugineis; antennis ſeptemnodiis.

Ichneumon larvarum. *Lin. S. N. gen. 244. ſp. 67.?*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $1\frac{1}{2}$ —
aculei 3 —

Deſcr. Caput violaceo-aeneum; oculis antennisque brevibus, nigris; thorax viridi-auratus intermixto colore violaceo aeneo; abdomen compreſſum ovatum, baſi totum teſtaceum, apice violaceo-aeneum; pedes ferruginei. Alae in medio ſubfuliginoſae, puncto minuto ad marginem.

760. Coccorum, Gallinſecttödterchen.

Ichneumon coccorum, nigro-aeneus, abdomine coeruleſcente, pedibus lividis. *Lin. S. N. gen. 244. ſp. 69.*
Lin. faun. ſuec. n. 1640.

Schildlausbohrer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 860.*

Larvam, non declaratum inſectum vidi.

761. Ovulorum, Raupeneyertödterchen.

Ichneumon ater, pedibus pallidioribus; alis impunctatis.

Schlupfwespe aus Wanzeneyern. *Beytr. zur Nat. p.* 46. §. 2.

Habitat in ovis Cimicum, Lepidopterorumque. In unico ovo Phalaenae Vinulae sex reperi declaratos; & hi toti nigri erant; antennae corporis longitudine; alae fuscae. An hi igitur ab eo, quem nomen indicat, & quem loco adducto descripsi sufficienter diversi, ut speciem novam constituant?

762. Globatus, Baumwollspinnender Raupentödter.

Ichneumon *globatus*, niger, pedibus ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 244. *sp.* 74. *Lin. faun. suec. n.* 1645.

Ichneumon globatus. *Scop. carn. n.* 766.

Mouche à cotton. *Journ. d. Savans.* 1713. *p.* 474.

L' Ichneumon à cotton blanc. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 320.

Die Schlupfwespe, so ein Gespinst, wie Baumwoll, über sich hat. *Frisch Inf. Deut. part.* 6. *p.* 24.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	2	lin.
alae anticae	$1\frac{1}{2}$	—
antennae	$1\frac{1}{2}$	—

Habitat in Larvis Lepidopterorum gregarius, unde exiens format folliculum communem album, ovatum, intra quem metamorphosin peragit.

763. Tortricis, Wicklerraupentödter.

Ichneumon niger, minutus; abdomine ovato depresso sessili, subtus pallidiore.

Mensurae.		
Longit. a cap ad an.	$1\frac{1}{3}$	lin.
alae anticae	$1\frac{1}{3}$	—
aculei	$\frac{1}{3}$	—
antennae	1	—

Habi-

Habitabant in larva Tortricis *fasciana* larvulae duae cylindricae, apodes, lunulato-inflexae, corpore rugoso, molli, capite retractili, unde natum praesens insectum.

764. INTERCUS, Unterschliefender Raupentödter.

Ichneumon minutus niger; abdomine ovato depresso: basi testaceo.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
antennae $\frac{2}{3}$ —
alae anticae 1 —
aculei $\frac{1}{3}$ —

Descr. Simillimus priori; sed abdominis basi tibiisque rufis.

765. GLOMERATUS, Zellensammelnder Raupentödter.

Ichneumon *glomeratus*, niger, pedibus flavis.
Lin. S. N. gen. 244. *sp.* 75.
Lin. faun. suec. n. 1646.
Scop. carn. n. 767.
L'Ichneumon à coton jaune. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 321.
Zotenbalg. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 860.

Magnitudo congenerum; abdomen ovatum.

Habitat in larvis Papilionum, praesertim Brassicae & Crataegi, gregarius; metamorphosin subiturus prodit ex eruca & cadaveri inaedificat folliculos flavos adgregatos, intra quos mutatur.

766. GREGARIUS, Geselliger Raupentödter.

Ichneumon niger; pedibus, abdominisque lateribus ferrugineis.

Habitat in larvis Papilionum gregarius. Exeuntes proprios singuli folliculos adgregatos nent, intra quos excluduntur animalia declarata. Sed folliculus albus, non flavus.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
alae anticae 1½ —
antennae 1⅔ —

Deſcr. Antennae nigrae, articulis plurimis minutis; caput nigrum, lingua flava. Pedes ferruginei; abdomen nigrum brevi petiolo thoraci adnexum, lateribus tamen & ſubtus baſi flavum; alae incumbentes hyalinae: anticae macula marginali nigra.

Adeſt menſe Martio.

Lectus Viennae.

Obſ. Omnes quotquot mihi ex duabus erucis prodiverunt, aculeo caruere.

Schol. Diverſitatem ab Ichneumone *glomerato* LINNAEI praeter foliculum album, & baſin lateraque abdominis flava, conſtituit etiam anni tempus: I. *glomeratus* larvas lepidopterorum occidit autumno adoleſcendo & tum prodeundo; *gregarius* vero verno tempore.

767. ALVEARIFEX, Kuchenmachender Raupentödter.

Ichneumon niger, petiolatus, pedibus ferrugineis, abdomine ſubtus baſi decolore.

L'Ichneumon à coques en forme de rayons de ruches. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 322.

Habitat in folliculis albis in modum alvearis diſpoſitis.

* *
*

Addidi in hoc genere inſectorum diligenter, cujus ſexus ſpecimina examinare mihi licuerit. Mihi quidem dubium nullum eſt, in hoc genere ſaepe contingere, ut idem inſectum ſed ſexu diverſum diverſa ſortiatur nomina. Nec confuſioni facile medela invenitur; a caſu ſolummodo & diuturno tempore expectanda eſt, quandoquidem nec larva, &

& haec plerumque usque ad declarationem consummatam abscondita, nec habitatio victusve, quidquam decidunt. Illud praeterea observasse mihi videor, divisionem hujus generis Insectorum, quae ab antennis albo annulatis, & unicoloribus, a scutello flavicante, & a scutello thoraci concolore statuitur, quamque & ego Jll. Linnaei secutus exemplum adhibui, invita natura a notis istis desumi.

SPHEX, Bastardwespe.

* *Abdominis petiolo elongato.*

768. Sabulosa, Sandwölbende Bastardwespe.

Sphex *fabulosa*, nigra, hirta; abdominis petiolo biarticulato: segmento secundo tertioque ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 245. *sp.* 1.

Lin. faun. suec. n. 1648.

Sphex fabulosa. *Scop. carn. n.* 770.

Frisch. Inf. Deut. part. 2. *tab.* 1. *f.* 6. 7.

L'Ichneumon noir à ventre fauve en devant, et à longue pedicule. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 350.

Sandwölber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 864.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 9 lin.
abdom. cum petiola $5\frac{1}{3}$ —
antennae $2\frac{1}{3}$ —
alae anticae $4\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdom. maxima. $1\frac{1}{8}$ —

Habitat passim in argillosis.

769. Hir-

769. HIRSUTA, Rauhe Baſtardweſpe.

Sphex nigra hirta, abdominis petiolo uniarticulato; abdomine medio ferrugineo; tibiis omnibus ſpinoſis.

Sphex hirſuta. *Scop. carn. n.* 778.

Menſurae. Longit.		
a cap. ad an.	$8\frac{1}{2}$	lin.
abdom. cum petiolo	$4\frac{1}{2}$	—
antennae	2	—
alae anticae	5	—
Latitudo abdom. maxima	$1\frac{1}{3}$	—

Habitat in montibus ſabuloſis.

770. AUSTRIACA, Oeſterreichiſche Baſtardweſpe.

Sphex nigra; abdomine petiolato: ad baſin faſcia punctisque duobus ſulphureis; pedibus ſulphureo variegatis: poſteriorum femoribus incraſſatis.

Menſurae. Longit.		
a cap. ad an.	$3\frac{1}{2}$	lin.
alae anticae	$2\frac{1}{2}$	—
abd. cum petiolo	$2\frac{1}{2}$	—
petioli	$\frac{1}{2}$	—
antennae	$\frac{2}{3}$	—

Deſcr. Tota nigra; ſed apex petioli ſulphureus, reliquum abdomen nitide atrum, in ſegmento tamen tertio binae maculae ſulphureae pictae; ejusdem coloris ſulphurei ſunt tibiae, qua parte plagas corpori obverſas ſpectant, quatuor anticae; interiore vero latere nigrae ſunt; tarſi fulvi; tibiae poſticae fuſcae; genicula omnia ſulphurea. Aculeum non omnino abſcondit.

Habitat in parietum ligneorum foraminibus.

Lecta Viennae 24. Junii.

771. LEU-

771. Leucostoma, Weißmaulige Baſtardweſpe.

Sphex petiolata, nigra; ore, apicibusque ſegmentorum abdominis argenteis.

Sphex leucoſtoma. *Lin. S. N. gen.* 245. *ſp.* 36. an?

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae anticae $3\frac{1}{4}$ —
abd. cum petiolo 3 —
antennae $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Tota nigra, ſed os, & ſegmenta abdominis apice argenteo colore nitent pro vario ſitu oculi ob pilos albos. Abdomen antice valde tenue acutiſſimum, ut petiolatum videatur. Occurrit etiam multo minor menſuris datis.

Habitat in foraminibus parietum ligneorum.

772. Vespiformis, Stechweſpenartige Baſtardweſpe.

Sphex petiolata, nigra; abdomine cingulis tribus, punctisque duobus minutis, flavis.

Sphex vaga. *Lin. S. N. gen.* 245. *ſp.* 37. an? *Scop. carn. n.* 785. an?

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae 4 —
abd. cum petiolo 3 —
petioli $\frac{1}{2}$ — vix.
antennae $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Nigra; antennae baſi, & ſubtus flavae; puncta ante alas anticas ſingulas flava; faſciae tres abdominis flavae, quarum una in baſi ſegmenti ſecundi (nam ſegmentum primum petiolus conſtituit); una ex maculis duabus plana inclinata conſtituentibus

tibus, adeoque extrorsum latioribus in segmento tertio; una ex maculis similibus, sed parte interiore connatis in segmento quinto. In segmenti quarti apice puncta duo, utrinque unum, minutissima, flava. Segmentum sextum angustum, forma pyri longitudinaliter bisecti, utrinque ferrugineo ciliatum. Pedes fulvi; alae apice fuscescentes. Tota densis punctis excavatis conspersa Sphex est.

Lecta sub finem Augusti Viennae ad Belvedere, florum pollini insidiari visa.

** *Abdomine subsessili.*

773. Fusca, Braune Bastardwespe.

Sphex *fusca*, atra laevis; abdomine segmentis tribus primis subferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 245. *sp.* 16.
Lin. faun. suec. n. 1652.
Braunflügel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 869.

		α;	β.
Mensurae. Longit.	a cap. ad an.	5 ;	6 lin.
	alae anticae	3 ;	$3\frac{1}{4}$ —
	abdominis	3 ;	4 —
	antennae	$1\frac{1}{2}$;	$1\frac{2}{3}$ —

Videtur a Cl. Scopoli cum Sphege *Viatica* confundi.

774. Viatica, Wunderbastardwespe.

Sphex *viatica*, nigra pubescens, alis fuscis, abdomine antice ferrugineo: cingulis nigris. *Lin. S. N. gen.* 245. *sp.* 15.
Lin. faun. suec. n. 1651.

Mensurae. Longit.	a cap. ad an.	$5\frac{1}{2}$ lin.
	alae anticae	3 —

775. Al-

775. Albomaculata, Weißfleckigte Baſtardweſpe.

Sphex *albomaculata*, abdomine ſubſeſſili, nigra; abdominis baſi ferruginea, alis fuſcis; apice macula alba. *Beytr. zur Nat.* p. 91. §. 58.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae anticae $3\frac{1}{2}$ —
antennae 2 —
abdominis 2 —

Deſcr. Tota atra; antennae duodecimnodiae; abdomen baſi teſtaceum, primo nempe & ſecundo ſegmento; alae totae anticae fuſcae, prope apicem macula rotunda alba.

Habitat Lincii.

776. Tricolor, Dreyfärbigte Baſtardweſpe.

Sphex nigra; abdominis ſecundo & tertio ſegmentis teſtaceis; quarto, quinto, & ſexto albopunctatis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae anticae $3\frac{1}{4}$ —
abdominis $2\frac{1}{2}$ —
antennae 2 — fere.

Deſcr. Nigra; antennae extrorſum incraſſeſcentes; thorax baſi utrinque puncto albo. Abdominis ſegmentum primum breve, anguſtius, atrum; ſecundum & tertium teſtaceum; quartum atrum, utrinque puncto majuſculo albo; quintum atrum, utrinque puncto minuto albo; ſextum apice macula alba majuſcula.

Fors generis Veſpae.

Habitat Viennae.

777. Boops,

777. Boops, Großaugige Baſtardweſpe.

Sphex atra; ſegmentis abdominis tribus, tarſisque teſtaceis.

Menſurae. Longit.	a cap. ad an.	$4\frac{1}{2}$ lin.
	antennae	2 —
	alae anticae	$3\frac{2}{3}$ —
	abdominis	$1\frac{2}{3}$ —
Latitudo	abdominis	$1\frac{1}{4}$ —

Deſcr. Nigra; abdomen ovatum, valde, nec ſenſim, acuminatum, rufum, ſed primum ſegmentum baſi attenuata, quartum apice, quintum & ſextum integra nigra. Tarſi pedum coloris teſtudineo-rubri. Oculi magni, nec tamen exſerti, in morte albent.

Lecta 2. Junii in Pratter.

778. Palmipes, Breitfüßige Baſtardweſpe.

Sphex atra; femoribus quatuor poſticis compreſſis, tibiisque teſtaceis.

Menſurae. Longit.	a cap. ad an.	4 lin.
	alae anticae	3 —
	antennae	3 —
	abdominis ſubtenſa	2 —

Deſcr. Nigra tota; femora compreſſa, praeſertim poſtica quatuor, brevia; femora tibiaeque poſticorum duorum parium teſtacea. Inſectum nonnihil piloſum, etiam abdomine.

779. Cribraria, Siebbiene.

Sphex nigra; abdomine faſciis ſex flavis: intermediis tribus interruptis.

Sphex cribraria. *Lin. S. N. gen.* 245. *ſp.* 23.

Veſpa cribraria. *Lin. faun. ſuec. n.* 1675.

Sieb-

Siebbien. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 870.
Siebbiene. *Göze Naturf.* 2. *St. p.* 21. *tab.* 2.

		♂ ;	♀.
Menſurae. Longit.	a cap. ad an.	7 ;	7 lin.
	alae anticae	$5\frac{1}{2}$;	5 —
	abdominis	$3\frac{3}{4}$;	$3\frac{1}{2}$ —
	antennae	$1\frac{2}{3}$;	2 —
Latitudo	abdominis	$1\frac{1}{3}$;	$1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Feminae. Nigra, nitens; os argenteis villis tectum, uti & frons ad antennarum baſin. Thorax nonnihil cano villo hirſutus. Ad ejus baſin linea in medio rupta, flava. Ejusdem coloris eſt ſcutellum, & quinque faſciae abdominales, quarum ſecunda tertiaque in medio ruptae ſunt. Tibiae & tarſi ex ſulphureo in fulvum colorem degenerare videntur. Subtus abdomen nigrum, nitens, praeter tres maculas flavas, quarum duae lineolam transverſam conſtituunt interruptam, tertia rupturae incumbit.

Deſcr. Maris. Niger, nitens; antennae, non ut in femina ſimplices; ſed articulo quidem primo, ut in illa coeteris longiore, inverſe conico, reliquis mediis antennas craſſiores conſtituentibus, apice ſubulato. Os villis argenteis veſtitum; thorax, ut in femina, etiam abdomen & pedes. Alae in utroque ſexu fuſceſcentes. Pedes primi paris ſingulare illud habent, quod tibiis lamina peltaeformis flavicans adfigatur, quae contra ſolem intuenti foraminibus pertuſa videtur. Coeterum lectu digniſſima deſcriptio, quam hujus inſecti, ac praeſertim hujus adparentis cribri dedit Cl. Goeze. Illud ſolum addo, in meo ſpecimine foramina illa ſic dicta cribri ad ſenſum eſſe aequalia, ſaltem ſi lente inſpiciatur cribrum; microſcopium multa pro varia ad focum relatione mutat.

Lecta in Pratter Viennae 2. Julii.

Adſidet truncis arborum.

780. CLYPEATA, Schildwespe.

Sphex *clypeata*, nigra; abdomine punctis flavis, pedibus anticis concavo clypeatis. *Lin. S. N. gen.* 245. *sp.* 24.

Schildtrager. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 871.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $2\frac{1}{2}$ —
abdominis $1\frac{1}{2}$ —
antennae $\frac{4}{5}$ —

Descr. Facies vespae; atra; abdomen ovatum, fasciis sex flavis, seu potius sulphureis, quarum primae tres interruptae; subtus macula magnae lineolaque fusca. Pedes sulphurei, sed femora linea atra longitudinali notantur. Pedes antici compressi, tibiarumque apex pelta concava inferius, supra convexa instruitur. Haec pelta margine fulvi coloris est, uti & tarsi, quam tamen fulvedinem lineola margini parallela flava bifariam dividit. Pelta pertusa foraminibus nec est, nec videtur; margine vero exteriore nonnihil ciliata adparet.

Lecta Viennae 2. Julii in Pratter.

781. SEMIAURATA, Goldtragende Bastardwespe.

Sphex *semiaurata*, viridis nitida, abdomine ferrugineo, apice nigro. *Lin. S. N. gen.* 245. *sp.* 35.

Lin. faun. suec. n. 1661.

La guêpe dorée cuivreuse à ventre fauve et noir. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 384.

Goldtrager. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 873.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $1\frac{1}{2}$ —
antennae 1 —
abdominis $\frac{5}{6}$ —

Descr.

Descr. Caput, thorax, pectus, scutellum viridi colore coeruleove aurata, punctata. Abdomen glabrum ferrugineum, apice nigrum; oculi, antennae, palpique nigri coloris.

CHRYSIS, Leimenwespe.

782. IGNITA, Feuerfärbigte Leimenwespe.

Chrysis *ignita*, glabra nitida, thorace viridi, abdomine aureo: apice quadridentato.
Lin. S. N. gen. 246. *sp.* 1.
Lin. faun. suec. n. 1665.
Sphex ignita. *Pod. mus. graec. p.* 108.
Scop. ent. carn. n. 791.
Die bunte oder hochfärbige Leimenwespe. *Frisch Inf. Deut. part.* 9. *p.* 19.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
abdominis 2 —
alae anticae $2\frac{2}{3}$ —

Descr. Nigra: antennae, tarsi, oculi.
Viridiaenea: pectus, pedes, abdomen subtus.
Coeruleoaenea: caput, thorax.
Rubroauratum: abdomen, quod apice quadridentatum est.
Margaritacea: lamella ultima abdominis subtus.
Fuscae: alae.
Habitat in muris, lignis; intra foramina propria.

783. FULGIDA, Schimmernde Leimenwespe.

Chrysis *fulgida*, glabra nitens, thorace abdominisque primo segmento coeruleis, reliquis aureis, ano quadridentato. *Lin. S. N. gen.* 246. *sp.* 7.
Lin. faun. suec. n. 1669.

La guepe dorée à corcelet vert, & derniers anneaux du ventre épineux. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 383.*

Schimmerbauch. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 877.*

Mensurae plane prioris; a qua fere non alio charactere, quam quod abdominis primum segmentum coeruleum sit, differt.

Habitat cum priore.

784. Nobilis, Edle Leimenwespe.

Chrysis viridi coerulea; thoracis basi abdomineque aureis; ano edentato.

Sphex nobilis. *Scop. carn. n. 792.*

La guêpe dorée à corcelet mi-parti de rouge et de vert. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 382.*

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
alae anticae 2 —
abdominis $1\frac{1}{2}$ —

Descr. Nigra: antennae, tibiae, oculi.
Viridiaurea: thorax postice, pectus, femora.
Rubroaurea: thorax antice, abdomen.
Fusci: alarum apices.

Habitat cum prioribus.

Conjungit haec species genus praesens cum praecedenti.

785. Aurata, Vergoldete Leimenwespe.

Chrysis *aurata*, glabra nitens, thorace viridi, abdomine aureo, ano bidentato. *Lin. S.N. gen. 246. sp. 4.*
Lin. faun. suec. n. 1666.

La guêpe dorée verte. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 384.*

Goldbauch. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 876.*

Men-

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
alae anticae $1\frac{2}{3}$ —
antennae $\frac{1}{2}$ —

Descr. Tota viridi-aurata; punctis excavatis tota conspersa; abdominis segmenta tria subaequalia, glabra, nec punctata. Anus apice dentibus duobus ex emarginatura terminatur.

Lecta Viennae in Belvedere 16. August.

VESPA, Cellewespe, Stechwespe.

786. Crabro, Horniß.

Vespa *Crabro*, thorace nigro antice rufo immaculato, abdominis incisuris puncto nigro duplici contiguo. *Lin. S. N. gen.* 247. *sp.* 3.
Lin. faun. suec. n. 1670.
Pod. mus. graec. p. 108.

Vespa crabro. *Scop. ent. carn. n.* 824.

La guêpe frêlon. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 369.

Horniß. *Frisch. Inf. Deut. part.* 9. *p.* 20.
Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 880.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 11 lin.
alae anticae 9 —
abdominis $5\frac{1}{2}$ —

Habitat in cavis arboribus gregaria; victitat raptu; molliora insecta, ipsos adeo gryllos *campestres* rapit, & super arbore, tanquam vultur, devorat. Horrea quoque petit, in iisque nidum suspendit, egregiam hospiti mercedem referens, dum Tineam *granellam*, curculionesque devastat; ipsum quoque nidum in usus veterinarios adhibent Coloni.

787. Vulgaris, Gemeine Weſpe.

Veſpa *vulgaris*, thorace utrinque lineola interrupta, ſcutello quadrimaculato, abdominis inciſuris punctis nigris diſtinctis.
Lin. S. N. gen. 247. *ſp.* 4.
Lin. faun. ſuec. n. 1671.
Pod. mus. graec. p. 108.
Veſpa vulgaris. *Scop. entom. carn. n.* 825.
Friſch. Inſ. Deut. part. 9. *tab.* 12. *f.* 1.
La guêpe commune. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 369.
Gemeine Weſpe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 880.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 8 lin.
alae anticae 6 —
abdominis 5 —

Habitat intra terram gregaria; ſuperſtructis aditui ignibus non pellenda; per altas ſylvas itinerantibus moleſtiſſima; ſed ab urſo una cum nido effoditur, devoratur. Etiam in granariis cum Crabrone praedam partitur, ibi nidificans, & publicam propterea ibi ſecuritatem a colonis promerita.

788 Rufa, Rothe Cellenweſpe.

Veſpa *rufa*, thorace utrinque lineola, ſcutello bipunctato, abdomine flavo antice ferrugineo. *Lin. S. N. gen.* 247. *ſp.* 5.
Lin. faun. ſuec. n. 1672.
Veſpa ſylveſtris. *Scop. carn. n.* 826.
Rothe Weſpe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 881.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 8 lin.
alae anticae $5\frac{4}{5}$ —
abdominis 5 —

Habitat in ſylvis.

789. Gal-

789. GALLICA, Spaliercellenweſpe.

Veſpa *gallica*, thorace utrinque lineola: dorſo ſexmaculato; abdominis inciſuris flavis: ſecunda bimaculata. *Lin. S. N. gen.* 247. *ſp.* 7.

Veſpa parietum. *Pod. mus. graec. p.* 108. *Scop. carn. n.* 827.

La guêpe à anneaux bordées de jaune et deux taches jaunes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 374.

Die Franzöſinn. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 881.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae anticae $4\frac{1}{2}$ —
abdominis 3 —

Habitat ſolitaria ad muros, frutices, arbores parte ſoli expoſita, umbra tamen aliunde tecta. Nidus hemisphaericus, cellulis pluribus, inaequali numero; adfixus petiolo tenaci, adhaerenti membranae communi cellulas poſtice obtegenti. Mater poſt nidum latens excubias agit, nec facile pellenda; ubi tamen pulſa eſt, ſtatim redit, nidumque, forte ablatum interea, anxie inquirit. Inſectum hortis inimicum, quod fructus pomonae exedat.

790. COARCTATA, Trichterbauchigte Weſpe.

Veſpa *coarctata*, abdominis primo articulo infundibuliformi, ſecundo campanulato maximo bipunctato. *Lin. S. N. gen.* 247. *ſp.* 11.

Lin. faun. ſuec. n. 1676.
Pod. mus. graec. p. 109.

Veſpa coarctata. *Scop. carn. n.* 830.

La guêpe à premier anneau du ventre en poire, et le seconde en cloche. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 377.*

Pillenwespe. *Frisch Inf. Deut. part. 9. p. 16.*

Schmalbauch. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 883.*

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae 4 —
abdominis $3\frac{1}{2}$ —

Habitat — — —

791. Arvensis, Ackercellenwespe.

Vespa *arvensis*, abdominis fasciis quatuor flavis: tertia interrupta. *Lin. S. N. gen. 247. sp. 12.*
Lin. faun. suec. n. 1678.

La guêpe à premier anneau du ventre en poire, et trois bandes jaunes. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 375.*

Ackerwespe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 883.*

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{3}$ lin.
alae anticae $4\frac{1}{3}$ —
abdominis $3\frac{1}{3}$ —

Habitat — — —

792 Parietum, Wandcellenwespe.

Vespa *parietum*, nigra, thorace lineola punctisque duobus, scutello bipunctato, abdomine fasciis quinque: prima remotissima. *Lin. S. N. gen. 247. sp. 6.*
Lin. faun. suec. n. 1673.

Frisch Inf. Deut. part. 9. tab. 12. f. 1.

La

La guêpe à cinq bandes jaunes sur le ventre, la prémiere eloignée des autres. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 376.*

Wandweſpe. *Müll. Lin Nat. Cl. V. p. 881.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae 4 —
abdominis 3 —

Habitat — — —

793. Muraria, Maurerweſpe.

Veſpa *muraria*, nigra, thorace maculis duabus ferrugineis; abdominis faſciis quatuor flavis; prima remotiſſima. *Lin. S. N. gen. 247. ſp. 8.*
Lin. faun. ſuec. n. 1674.
Pod. mus. graec. p. 109.

Veſpa muraria. *Scop. entom. carn. n. 828.*
Maurer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 882.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{4}$ lin.
alae anticae 4 —
abdominis $2\frac{3}{4}$ —

Differt a priori ſolo faſciarum numero.

Habitat in parietibus.

794. Tricincta, Dreygürtelige Cellenweſpe.

Veſpa nigra, thorace maculato; abdomine faſciis tribus flavis, primis duabus interruptis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $2\frac{1}{2}$ —
abdominis $2\frac{1}{2}$ —

Descr. Nigra. Antennae supra nigrae, subtus rubrae, basi subtus flavae. Os flavum. Thorax basi lineola transversa flava; ad exortum alarum utrinque in latere pectoris punctum flavum. Abdominis primum segmentum in petiolum attenuatur, secundum punctis duobus flavis pingitur; in tertio fascia transversa flava interrupta in medio conspicitur; quartum utrinque in latere puncto minutissimo flavo notatur; quintum immaculatum est; sextum basin flavam habet. Subtus omnia immaculata. Femorum apices cum tibiis flavi.

Habitat Lincii.

APIS, Biene.

* *Bombinatrices, hirsutae.*

795 VIOLACEA, Violetschwarze Hummelbiene.

Apis *violacea*, hirsuta, atra, alis coerulescentibus. *Lin. S. N. gen.* 248. *sp.* 38. *Pod. mus. graec. p.* 110.

Apis violacea. *Scop. ent. carn. n.* 812. *Scop. ann. hist. nat. IV. p.* 11. *n.* 4.

L'abeille perce - bois. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 416.

Violethummel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 416.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 7 lin.
antennae 2 —
alae anticae $5\frac{1}{4}$ —

Descr. Nigerrima, hirsuta; alis nigro violaceis. Alte, nec celeriter volat, nec supra flores ita lente, ut aliae bombinatrices volitat.

Habitat ad Dornbach.

796. TER-

796. TERRESTRIS, Erdhummel. Bombus

Apis *terrestris*, hirsuta nigra, thoracis cingulo flavo, ano albo. *Lin. S. N. gen.* 248. *sp.* 41.

Lin. faun. suec. n. 1709.
Pod. mus. graec. p. 110.

Apis terrestris. *Scop. carn. n.* 815.
Scop. ann. hist. nat. IV. p. 11. *n.* 3.

L'abeille à couronne du corcelet, et haut du ventre citron, et l'extremité du ventre blanche. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 418.

Hummel. *Frisch Inf. Deut. p.* 9. *p.* 24.

Erdhummel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 904.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	8	lin.
antennae	$2\frac{1}{3}$	—
alae anticae	$6\frac{1}{2}$	—
Latitudo abdominis	4	—

Habitat sub terra.

797. HORTORUM, Gartenhummel.

Apis *hortorum*, hirsuta nigra, thorace abdomineque antice flavo, ano albo. *Lin. S. N. gen.* 248. *sp.* 42.

Lin. faun. suec. n. 1710.

Apis hortorum. *Scop. carn. n.* 817.
Scop. ann. hist. nat. IV. p. 10. *n.* 2.

L'abeille à couronne du corcelet citron et extremité du ventre mi-partie de citron & de blanc. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 419.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		8 lin.
	alae anticae	7 —
	antennae	$2\frac{1}{2}$ —
	Latitudo abdominis	4 —

Habitat in montoſis.

798. PRATORUM, Wieſenhummel.

Apis *pratorum*, hirſuta nigra, thorace antice flavo, ano rubro. *Lin. S. N. gen.* 248. *ſp.* 43.

Lin. faun. ſuec. n. 1711.

Apis collaris. *Scop. carn. n.* 818.

L'abeille noire à couronne du corcelet citron, et extremité du ventre fauve. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 417.

Wieſenhummel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 904.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		5 lin.
	alae anticae	$3\frac{3}{4}$ —
	antennae	$1\frac{2}{3}$ —
	Latitudo abdominis	$2\frac{2}{3}$ —

Habitat ruri.

Deſcr. Similis *terreſtri*, ſed minor, & nigra tota; thoracis baſis cingulo flavo; abdominis apex fulvo inſignitur.

799. LAPIDARIA, Steinhummel.

Apis *lapidaria*, hirſuta atra, ano fulvo. *Lin. S. N. gen.* 248. *ſp.* 44.

Lin. faun. ſuec. n. 1712.

Apis lapidaria. *Scop. carn. n.* 813.

Scop. ann. hiſt. nat. IV. p. 10. *n.* 1.

Pod. mus. graec. p. 110.

L'abeille

L' abeille noire avec les derniers anneaux du ventre fauves. *Geoffr. Paris part.* 2. *p.* 417.

Steinhummel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 904.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $9\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $7\frac{3}{4}$ —
antennae $3\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis $3\frac{1}{2}$ —

Habitat ruri.

800. AGRORUM, Ackerhummel.

Apis hirſuta nigra; thorace cano: cingulo nigro; abdomine toto ferrugineo: baſi cano.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 8 lin.
alae anticae 5 —
antennae 3 —
Latitudo abdominis 3 —

Deſcr. Nigra; caput, & fere pedes partibus anticis glabronitentis nigredinis. Thorax hirſutus canus, canitie cingulo nigro diviſa; abdomen hirſutum fulvum, baſi, ſeu primo ſegmento canum, ſubtus glabrum, nigrum.

Habitat ruri.

801. MUSCORUM, Grashummel.

Apis *muſcorum*, hirſuta fulva, abdomine flavo. *Lin. S. N. gen.* 248. *ſp.* 46. *Lin. faun. ſuec. n.* 1714.

L'abeille fauve à ventre jaune et extremitè fauve. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 419.

Grashummel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 905.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 7 lin.
alae anticae $6\frac{1}{3}$ —
antennae $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $3\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Thorax fulvus; abdomen pallide croceum totum, nec apice magis fulvum. An ergo eadem, quam Cl. GEOFFROY l. c. deſcribit?

Habitat ruri.

802. ACERVORUM, Sandhaufenhummel.

Apis *acervorum*, hirſuta atra. *Lin. S. N. gen.* 248. *ſp.* 50.

Lin. faun. ſuec. n. 1717.

Erdwühler. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 906.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $7\frac{1}{3}$ lin.
alae anticae $5\frac{4}{5}$ —
antennae $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $3\frac{1}{2}$ —

Hoc inſectum ſolo habitu, non tamen veſte, ad priora accedit, nec enim adeo villoſum eſt, ſed potius glabriuſculum.

Carduo delectatur.

803. RUFA, Röthlichte Biene.

Apis hirſuta nigra; thorace abdominisque apice rufo.

Apis rufa. *Scop. carn. n.* 816.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 8 lin.
alae anticae $6\frac{1}{2}$ —
antennae $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis 4 —

Deſcr. Nigra tota. Frons luteſcente villo pubeſcit. Thorax hirſutus fulvus, ad pectoris latera villo albido tegitur; abdomen minus hirſutum, verſus apicem rufo villo pubeſcit. Alae fuſcae.

Habitat Viennae.

804. PLU-

804. Plumipes, Federfüßige Biene.

Apis hirſuta; pedum mediorum metatarſis Scopa atra: poſtice pilis raris longis barbatis.

Apis plumipes. *Pallas Spicil. faſc. 9. p. 24.*

Apis helvola. *Lin. S. N. gen. 248. ſp. 16.* an? *Lin. faun. ſuec. n. 1693.* an?

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{2}{3}$ lin.
alae anticae $4\frac{1}{2}$ —
abdominis $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Labium ſuperius flavum, frons ferruginea; haec & illud teguntur villo cano; thorax totus flavo-hirſutus; abdomen a baſi verſus medium villoſo-flaveſcens, nonnihil tamen, quam in thorace, villo rariore hirſutum. Apex ipſe nigro villoſus, haec tamen nigredo non abrupte incipit, ſed ipſa baſeos flavedo quibusdam veluti umbris penumbrisque in eam degenerat. Caput ſubtus, pedum anticorum pars poſtica, pectus, cano villo valde barbata. Pedes intermedii graciliores, longiores. Metatarſi parte antica ſcopa nigra denſa, poſtica cum tarſis pilis longis nigris, rarioribus tamen, barbata; ad apicem tarſi verticillus pilorum nigrorum; junctūrae pedum omnes albicant. Tibiae poſticae pilis albis denſis brevioribus ciliatae.

Habitat Viennae.

Scholion. Qui Apum Syſtema, quod Cl. Scopoli anno hiſtorico-naturali quarto ſtatuit, ſequitur, hanc apem inter Apes etiam ibi ſic dictas recte referet; Proboſcis enim conſtat

1. Siphunculo medio;
2. Valvis binis longitudine fere ſiphunculi, apice ſetigeris.

805. Ful-

805. Fulva, Fahle Biene.

Apis hirsuta nigra, thorace abdomineque fulvis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae anticae $4\frac{1}{3}$ —
antennae $1\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis 2 —

Descr. Thorax & abdomen eleganter fulva; reliquae partes omnes, pectore etiam & abdomine subtus nigris; alis non coloratis.

Habitat Viennae.

806. Bicolor, Zweyfärbigte Biene.

Apis nigra hirsuta; abdomine fulvo.
L'abeille noire, à ventre fauve. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 419.
Apis alpina Linnaei?

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $4\frac{1}{2}$ —
antennae $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{2}$ —

Descr. Tota nigra hirsuta, villo tamen rariusculo, abdomen villo dentiori fulvo hirsutum.
Habitat in pratis & hortis.
Lecta Viennae.

807. Sylvarum, Waldbiene.

Apis hirsuta pallida; thoracis fascia nigra; abdomine basi nigro.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{2}{3}$ lin.
alae anticae 6 —
antennae $3\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis. 3 —

Descr.

Descr. Nigra; forma & fere pictura Apis *terrestris*, sed minus hirsuta. Caput atrum; thorax basi pallide flavo villo, inter alas nigro, & apice iterum pallide flavo villosus. Abdominis basis intima pallide flavo villo tegitur, postea fascia nigra, quae totam basin supra occupat; a medio ad apicem villus pallide flavus; in toto tamen abdomine color niger nitens abdominis tralucet. Alae apice paulo obscuriores.

Habitat in sylvis; carduo delectatur.

808. LUCORUM, Buschhummel.

Apis *lucorum*, hirsuta flava, ano albido.
Lin. S. N. gen. 248. *sp.* 48.
Lin. faun. suec. n. 1716.
Buschhummel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 905.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 7 lin.
alae anticae $5\frac{2}{3}$ —
antennae 3 —
Latitudo abdominis 3 —

Subtus albida.
Habitat in sylvis; carduis delectatur.

** *Minus hirsutae.*

809. CONICA, Kegelbauchigte Biene.

Apis *conica*, fusca, abdomine conico acutissimo: segmentorum marginibus albis.
Lin. S. N. gen. 248. *sp.* 32.
Lin. faun. suec. n. 1705.
Kegelbiene. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 900.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $3\frac{1}{3}$ —
antennae $1\frac{2}{3}$ —
Latit. abd. in basi $1\frac{1}{3}$ —

Habitat in Austria.

810. LAGOPODA, Rauhfüßige Biene.

Apis *lagopoda*, griſeſcens, pedibus anticis dilatato-ciliatis, tibiis poſticis clavatis, ano emarginato. *Lin. S. N. gen.* 248. *ſp.* 27.

Lin. faun. ſuec. n. 1702.

Rauhfuß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 899.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5⅓ lin.
alae anticae 4 —
antennae 2 —
Latitudo abdominis 1¼ —

Deſcr. Nigra; frons cano villo pubeſcens, uti & thorax, & ſegmentorum abdominis apices. Tibiae primi paris, imo & femora, valde lanatae, lana albida, ſed uno latere tantum, ut pes leporis. Abdomen apice emarginatum.

Habitat Viennae.

811. CUNICULARIA, Minierbiene.

Apis *cunicularia*, pubeſcens, thorace ferrugineo, abdomine fuſco, pedibus undique villoſis. *Lin. S. N. gen.* 248. *ſp.* 23.

Lin. faun. ſuec. n. 1698.

Gräber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 898.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6½ lin.
alae anticae 5 —
antennae 1⅔ —
Latitudo abdominis 2 —

Habitat in terra.

812. BRYORUM, Moosbiene.

Apis nigra; thorace abdominisque baſi hirſuto-fulvis.

L' abeille

L' abeille maçonne à poils roux. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 409.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae anticae 4 —
antennae $1\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Nigra, aut fuſca potius, ſaltem ſupra; thorax hirſutus, fulvus, abdominis baſis fulveſcit ex hirſutie, minus tamen, quam in thorace denſa; reliquum abdomen ſubhirſutulum, ſupra fuſcum.

Habitat Lincii, ubi autumno anni 1774. capta.

813. MELLIFICA, Honigbiene.

Apis *mellifica* pubeſcens, thorace ſubgriſeo, abdomine fuſco; tibiis poſticis ciliatis, intus transverſe ſtriatis. *Lin. S. N. gen. 248. ſp. 22.*

Lin. faun. ſuec. n. 1697.

Apis mellifica. *Scop. carn. n. 811.*

Apis mellifera. *Pod. mus. graec. p. 109.*

Apis cerifera. *Scop. an. hiſt. nat. IV. p. 16. ſp. 16.*

L' abeille domeſtique ou des ruches. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 407.*

Honigbiene. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 896.*

Non habitat in Auſtria, finitimisque ditionibus; hoſpitatur culta. Polona gente.

814. ATRA, Schwarze Biene.

Apis tota nigra; abdomine nitenti, alis fuſcis.

Apis atra. *Scop. ent. carn. n. 797.*

Maurerbiene. *Schaef. monogr.* an?

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae anticae 5 —
antennae $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{2}$ —

Obſ. Villus in meo ſpecimine niger eſt, non albidus, ut in Scopolino exemplari.

Lecta Viennae.

815. CENTUNCULARIS, Lappenbiene.

Apis *centuncularis*, nigra, ventre lana fulva.
Lin. S. N. gen. 248. *ſp.* 4.
Lin. faun. ſuec. n. 1687.
Apis centuncularis. *Scop. carn. n.* 799.
L'abeille charpentiere à ventre velu et roux en deſſous. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 410.
Lappenbiene. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 891.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae anticae $4\frac{1}{4}$ —
antennae 2 —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Variat magnitudine. Nigra, leviter tomentoſa, lana cana in fronte, ad baſin abdominis, & apices ſegmentorum; ſubtus abdomen maculam maximam ex byſſo fulva habet, qua nota ſola ſufficienter a congeneribus diſtinguitur.

Habitat Viennae.

816. LUCTUOSA, Trauerbiene.

Apis aterrima, ſegmentis abdominis omnibus utroque latere puncto albo.
Apis luctuoſa. *Scop. an. hiſt. nat. IV. p.* 9.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		$5\frac{1}{3}$ lin.
	antennae	3 —
	thoracis	2 —
	alae anticae	$4\frac{2}{3}$ —
	abdominis	3 —
Latitudo abdominis		$2\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Atra, nitida. Caput & thorax lana cinerea nonnihil hirſuta; abdomen glaberrimum, nitidum; in ſingulo ſegmento utrinque macula tetraëdra nivea ad marginem. Femora item omnia ſemicingulo niveo inſignia ſunt. Monet Cl. Scopoli, hanc albedinem non ſemper adeſſe. Margo alarum niger.

Habitat circa Viennam.

817. Convexa, Kugelbiene.

Apis nigra, rufo-pubeſcens; abdomine excavato punctato.

Apis globoſa. *Scop. carn. n.* 798. an?

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		4 lin.
	alae anticae	3 —
	antennae	$1\frac{1}{4}$ —
Latitudo abdominis		$1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Nigra tota, ſatis glabra, abdomine praeſertim punctis minutis copioſis impreſſis. Frons albo-villoſa. Thorax utcunque piloſus pilo rufeſcente. Apices ſegmentorum pilis ciliati. Alae ſuperiores fuliginoſe nigreſcentes.

Lecta in Pratter.

818. Cetii, Kallenbergerbiene.

Apis nigra, abdomine ferrugineo, ſegmentorum apicibus flavis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		$4\frac{1}{2}$ lin.
	alae anticae	$3\frac{1}{3}$ —
	alae poſticae	$2\frac{2}{3}$ —
	abdominis	$2\frac{1}{2}$ —
	antennae	$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis		$1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Nigra tota. In fronte pili flaveſcentes, ſubtus & poſtice villus cinereus. Thorax pectusque nigra. Thorax tomento cano rufeſcente leviter tectus; ſegmentum primum abdominis nitide nigrum; reliqua ferruginea, apicibus ſulphureis. Abdomen totum ſubtomentoſum; apices vero ſegmentorum multo magis, unde color ſulphureus, quod ibi quaſi cilia quaedam denſa flava exiſtant. Pedes nigri; alarum anticarum margo niger.

Habitat in Kallenberg, ubi lecta 29. Julii.

819. Leucozonia, Weißgürtelige Biene.

Apis nigra; abdominis ſegmentis baſi albis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		4 lin.
	alae anticae	$2\frac{1}{2}$ —
	antennae	1 —
Latitudo abdominis		$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Tota nigra, piloſa, non hirſuta. Abdomen nitidum conſtat ſegmentis quinque, quorum tria intermedia baſi albiſſima, candore orto ex pilis albis denſis decumbentibus. Pedes rufeſcente villo pubeſcunt.

Habitat in ſylvis.

820. Leucostoma, Weißmaulige Biene.

Apis nigra tomentoſa; abdominis ſegmentis albo-ciliatis; ore ventreque albis.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{2}{3}$ lin.
alae anticae $3\frac{1}{4}$ —
antennae $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Tota nigra, tomentoſa, minime hirſuta. Frons, os, regio poſt alas, apices ſegmentorum abdominis ſupra, & venter albido caneſcentes. Albedo ventris pro vario oculi ſitu fuliginoſa videtur, ſaepe lineola transverſa nigra interrupta. Pedes albido villo pubeſcunt.

Lecta in Pratter.

821. AGILISSIMA, Leichtfertige Biene.

Apis nigra, fronte thoraceque villoſo pubeſcentibus, abdomine oblongo lucido.
Apis agiliſſima. *Scop. ann. hiſt. nat. IV. p.* 14. *ſp.* 12.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae anticae 4 —
antennae $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Variat nonnihil colore.

α. Frons glabriuſcula; thorax rufo villo pubeſcit; abdomen nigrum, pilis raris ferrugineis, ſubtus longioribus; pedes ex pilis fulveſcentes.

β. Frons & thorax albido villo pubeſcunt. Abdomen nigrum, pilis raris albidis, ſubtus longioribus; pedes ex pilis caneſcentes. Abdominis ſegmentum primum ſupra numero 7. duplici, ſibique obverſo inſcriptum.

822. HIRTA, Rauhe Biene.

Apis nigra; alis anticis violaceo-nigris; abdomine cingulo duplici flavo.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 9 lin.
alae anticae 6 —
antennae $2\frac{1}{4}$ —
Latitudo abdominis 2 —

Deſcr. Singulare inſectum, de quo dubites, an Tenthredinem, Veſpam, Apemve conſpicias, niſi roſtrum breve dubium omne dirimeret. Caput atrum glabrum, uti & antennae, quae fractae non ſunt, extrorſumque incraſſeſcunt. Oculi, ut in Veſpis, reniformes; ſtemma unicum, & ſupra illud lineola transverſa impreſſa utrinque in lunulam definens ambasque a ſe ſe averſas connectens, hac figura: ɔ—c; thorax ater, uti & pedes, & pectus, parum piloſus; pedes atri, piloſi; tarſi ſpinoſi, intermixtis pilis aut ſetis potius; tibiae undique ſpinis horrent brevioribus, pilis intermixtis; metatarſus nullus; & univerſim pedes colligendo pollini inepti. Abdomen atrum piloſum, ſegmentorum apicibus nigro-ciliatis; ſegmento ſecundo faſcia lata flava: tertio faſcia ſimili, ſed antice biſida. Subtus totum abdomen homogenee nigrum. Totum inſectum punctis non confertis impreſſis perſeminatum. Alae ſuperiores violaceo-nigrae: inferiores decolores, nec niſi modice fuſceſcentes.

Locus Lincii tempore verno, infra muſcum, ſine cellula aut nido.

823. Vespoides, Cellenweſpenartige Biene.

Apis antennis, ore, ſcutello pedibusque fulvis, abdomine ſupra cingulis flavis nigrisque alternis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae anticae $3\frac{1}{2}$ —
antennae 2 —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr.

Descr. Labium, maxillae, antennae, fulvi coloris; reliquum caput nigrum. Thorax niger, subpubescens, ad collum lineola, ad exortum alarum anticarum puncto, ad scutellum punctis duobus contiguis saturate fulvis. Pectus utrinque linea longitudinali lunulata saturate fulva. Femora basi nigra, reliquo pede, geniculisque omnibus fulvis. Abdomen ovatum, glaberrimum, nitens, nigrum, cingulis quinque flavis; subtus ex fusco fulvescens, cingulis tribus flavis. Alae apice obscuriores.

Habitat Lincii.

824. SPHEGOIDES, Bastardwespenartige Biene.

Apis ore flavo, antennis pedibusque fulvis; abdomine fulvo-testaceo: cingulis flavis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{3}$ lin.
alae anticae 3 —
antennae $1\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $\frac{2}{3}$ — vix.

Descr. Caput nigrum; os cum maxillis flavum; antennae fulvae; frons & caput subtus albido pilosum. Thorax niger cum pectore, albidoque villo pilosus; ad exortum alarum anticarum punctum fulvum, & ad latus versus pectus punctum flavum, intra alas in medio thorace puncta duo fulva distantia; pectus in medio longitudinaliter depressum, utroque quasi ubere puncto flavo notatum. Pedes antici toti: secundi paris, demta basi femorum: tertii, demto femore, fulvi. Abdomen fulvo-testaceum, glabrum, segmento primo basi nigrum; reliquis basi flavis, unde quinque fasciae flavae; subtus segmentum primum lineola, reliqua basibus flavis. Alae apice obscuriores.

Habitat Lincii.

825. Vespiformis, Stechwespenartige Biene.

Apis ore antennis scutello pedibus fulvis; abdomine cingulis flavis tribus, primo interrupto: subtus tribus nigris.

Apis vespiformis. *Scop. entom. carn. n.* 808.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{3}$ lin.
alae anticae 3 —
antennae $2\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis 1 —

Descr. Labium maxillaeque cum antennis fulvi coloris; reliquum Caput nigrum. Thorax niger pubescens; ad alas puncto, lineolaque fulvis. Alae hyalinae, apice obscuro. Abdomen ovatum, nitens, fulvo-testaceum; supra cingulis tribus flavis, quorum primum interruptum, cingulis praeterea nigris, at gracilioribus; omnium ordo hic est: Basis abdominis nigra; tum fascia lata testaceo-fulva; dein fascia angusta nigra, & hac terminatur primum segmentum; segmentum sequens totum testaceum macula ovata, introrsum acuta flava, utrinque notatur: inter utramque maculam adparet alia macula suliginosa, vinculi instar ambas conjungens. Segmentum tertium testaceum, apice nigrum, utroque latere macula exigua flava. Segmentum quartum testaceum, basi cingulo nigro, medio linea transversa flava; haec interrupta est, sed ruptura nonnisi armato oculo visibilis, sub apice cingulum obscurum, seu nigricans. Segmentum quintum, id est, ultimum, testaceo-fulvum, parallelogrammo flavo. Pectus nigrum; sed latera obscurius rufescenti-testacea, pube sparsa albida. Abdomen subtus testaceo-fulvum, fasciis tribus nigris. Pedes testacei, sed femora postica nigra.

Habitat ad Viennam in sylvula Simmeringensi: visa etiam Lincii.

826. Bi-

826. BICINCTA, Zweybandige Biene.

Apis nigra, ore, cingulisque duobus abdominis albis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{4}$ lin.
alae anticae 3 —
antennae 2 —
Latitudo adominis 1 —

Deſcr. Nigra; antennae non fractae. Os ex lana albida argenteum. Thorax pectusque ex villo albido hirſutula. Abdomen nigrum nitens, apicibus ſegmentorum pallidioribus rufeſcentibus; ſegmento ſecundo tertioque cingulo albido ex pilis; tarſi omnes albidi; tibiae poſticae baſi albae.

Habitat Lincii.

827. HEMISPHAERICA, Halbkugelförmige Biene.

Apis nigra, rufo ſubhirſuta; abdomine hemiſphaerico.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{3}$ lin.
alae anticae $3\frac{1}{2}$ —
antennae 2 —
abdominis $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Nigra; ſed abdomen fuſcum, ſubaeneum. Frons & pectus albido villo hirſuta; thorax cano, abdomen rufo, eoque longo villo horret, non tamen ita denſo, ut non traluceat color abdominis, aut ſegmenta numerari nequeant.

Habitat Lincii.

828. FULVIVENTRIS, Rothbauchigte Biene.

Apis nigra; abdomine nitente, baſi fulva, apice nigro.

Apis

Apis fulviventris. *Scop. carn. n.* 807.
L'abeille noire à ventre brune & liſſe. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 415.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $2\frac{2}{3}$ —
antennae $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Nigra, parum tomentoſa. Frons cana; os flavum. Thorax lateribus & ſubtus villoſulus. Abdominis primum ſegmentum apice, ſecundum & tertium tota fulva, ſeu potius ferruginea, cum lunula nigra. Tibiae flava.

Lecta Viennae in Pratter; & dein etiam in Bavariae ſylva Bohemiae contermina.

829. MINUTA, Kleine Biene.

Apis nigra, nitens; antennis ſubtus fulveſcentibus.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
alae anticae $1\frac{2}{3}$ —
antennae $1\frac{1}{6}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{3}$ —

Habitat in foraminibus palorum antiquorum apricorum.

830. SANGUINOLENTA, Blutende Biene.

Apis nigra, thorace rubro.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{3}$ lin.
alae anticae $2\frac{1}{4}$ —
antennae $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Infraſticornis; tota nigra, piloſa, abdomine magis; thorace ſupra rubro, vix piloſo.

FOR-

FORMICA, Ameiſe.

831. HERCULEANA, Pferdameiſe.

Formica *herculeana*, nigra, abdomine ovato, femoribus ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 249. *ſp.* 1.
Lin. faun. ſuec. n. 1720.

Formica herculeana. *Scop. carn. n.* 832.

Pferdameiſe. *Kaeſtner act. holm.* 1741. *germ.*

Habitat in arborum truncis, ſub corticibus, ſolitaria.

832. NIGRA, Schwarze Ameiſe.

Formica *nigra*, tota nigra nitida, tibiis cineraſcentibus. *Lin. S. N. gen.* 249. *ſp.* 5.
Lin. faun. ſuec. n. 1723.

Formica nigra. *Scop. carn. n.* 834.

La fourmi toute noire. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 48.

Schwarze Ameiſe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 913.

Habitat ſub terra.

833. FUSCA, Braune Ameiſe.

Formica *fuſca*, cinereo-fuſca, tibiis pallidis. *Lin. S. N. gen.* 249. *ſp.* 4.
Lin. faun. ſuec. n. 1722.

La fourmi toute brune. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 428.

Braune Ameiſe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 912.

Habitat ſub terra, & ſupra illam; aſcendit arbores; ſylvicola. In ejus acervis habitat Scarabaeus *auratus* ante declarationem.

834. RUFA,

834. Rufa, Rothe Ameiſe.

Formica rufa, thorace compreſſo toto ferrugineo, capite abdomineque nigris. *Lin.* S. *N. gen.* 249. *ſp.* 3. *Lin. faun. ſuec. n.* 1721.

Formica rufa. *Scop. carn. n.* 836.

La fourmi brune à corcelet fauve. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 428.

Seichameiſe. *Kaeſtn. act. holm.* 1741. *edit. germ.*

Rothe Ameiſe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 912.

Habitat in ſylvis aceroſis, ſupra terram cumulos aceroſos ſtruens. Ova pro oſcinibus expetuntur. Colligit reſinam juniperi, ſuffumigationi aptam. Officinalis ſpecies. Skeleta elegantiſſima parat, ſi animalia minora, v. g. ranae, lacertae, occiſa, ac ſcatulis ligneis, exiguis foraminibus pertuſis incluſa his acervis injiciantur.

835. Vaga, Stockameiſe.

Formica *vaga*, nigra, abdomine ovato piloſo. *Scop. ent. carn. n.* 833.

Habitat in putridis arboribus, & ſub cariofis corticibus, lignum omne meatibus multifariam partitis perterebrans.

836. Cespitum, Raſenameiſe.

Formica ceſpitum, abdominis petiolo binodi: priore ſubtus, thoraceque ſupra bidentato. *Lin. S. N. gen.* 249. *ſp.* 11.

Formica ceſpitum. *Lin. faun. ſuec. n.* 1726. *Scop. carn. n.* 837.

Raſenameiſe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 914.

Habitat in hortis pratisque.

837. Ru-

837. RUBRA, Röthlichte Ameiſe.

Formica *rubra*, teſtacea, oculis punctoque ſub abdomine nigris. *Lin. S. N. gen.* 249. *ſp.* 7.

Lin. faun. ſuec. n. 1725.
Kleine rothe Ameiſe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 914.

Habitat in terra.

838. OBSOLETA, Graue Ameiſe.

Formica obſoleta, ſupra nigra, ſubtus teſtaceo-ruſo, abdomine ſubgloboſo. *Lin. S. N. gen.* 249. *ſp.* 6.

Lin. faun. ſuec. n. 1724.
Graue Ameiſe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 913.

Habitat ſub terra.

MUTILLA, Mutille.

839. EUROPAEA, Europäiſche Mutille.

Mutilla *europaea*, nigra, abdomine faſciis duabus albis, thorace antice rufo. *Lin. S. N. gen.* 250. *ſp.* 4.

Menſurae. Longit.	a cap. ad an.	6 lin.
	thoracis	$1\frac{1}{4}$ —
	abdominis	4 —
	antennae	2 —

Deſcr. Nigra, tomentoſa; thorax parallelepippedus, ruber; abdominis ſegmentum primum breve, margine, item ſegmentorum ſecundi (quod longiſſimum eſt), & tertii marginibus albis (ex pilis haec albedo conſurgit): hinc faſciae duae albae, una ad baſin, altera in medio, immo, diducto abdomine tres margi-

marginibus nempe secundi tertiique segmenti magis distantibus. Pedes villo albo hirsuti.

Descriptio Mutillae *atratae* secundo loco posita magis conveniret, si alae deessent.

Habitat in Oettscher Monte.

840. ACARORUM, Milbenmutille.

Mutilla acarorum, glabra, rufa, capite abdomineque postico nigris. *Lin. S. N. gen.* 250. *sp.* 9.

Lin. faun. suec. n. 1729.

Milbenfresser. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 921.

Huc retuli, secutus Ill. LINNAEUM; coeterum non hujus generis insectum, sed Ichneumon femina, ut patebit ex descriptione.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
aculei ¼ —

Descr. Rufa; capite nigro; antennis basi fuscis; tum cingulo albo; ac dein rufis. Abdomen apice rufum. Aculeus exsertus, laminis lateralibus. Thorax apice niger.

841. MELANOCEPHALA, Schwarzköpfigte Mutille.

Mutilla rufa; capite abdominisque cingulo nigris.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
aculei ½ —

Descr. Caput atrum; medio abdomine fascia fusca; antennae fuscae; coetera rufa.

Nec haec hujus generis sed Ichneumon.

* * *

Mutil-

Mutillae genus fortasse totum delendum; dantur enim certe Ichneumones apteri, quales postremae duae species Mutillae sunt, quas descripsimus; alios apud Cl. GEOFFROY videre licet; reliquae vero Mutillae species recte forte ad alia genera amandantur. Certe characteres, quos Ill. LINNAEUS Mutillae adscripsit, tanti non sunt, qui genus constituere propriam videantur. Praesentia defectusve alarum nec species in Aphidibus & formicis nec sexum proprie, sed aetates distinguit. Corpus pubescens in Sphegibus apibusque occurrit; & Mutilla *avarorum* glabra utique est. Aculeus punctorius reconditus in Sphegibus, Vespis Apibus est. Thorax postice retusus solus genus constituat?

ORDO VI.

DIPTERA.

OESTRUS, Enger.

842. Bovis, Rinderenger.

Oestrus *bovis*, alis maculatis, thorace flavo, fascia fusca, abdomine flavo apice nigro. *Lin. S. N. gen.* 251. *sp.* 1.

843. Ovis, Schaafenger.

Oestrus ovis, alis subpunctatis, abdomine albo nigroque versicolore. *Lin. S. N. gen.* 251. *sp.* 5.

844. Elaphi, Hirſchenger.
Oeſtrus Cervi Elaphi.

* *
*

Nullam harum ſpecierum examinare datum eſt; aliena fide huc refero. Fors poſtrema primae varietas, aut eadem, aut Oeſtrus *Tarandi*. Etiam Cervo Capreolo ſuus eſt oeſtrus, ſed cum animal hoc cum Cervo Elapho conveniat genere, fortaſſe ab eodem inſecto infeſtatur.

TIPULA, Mücke.

845. Gigantea, Rieſenmücke.

Tipula *gigantea*, alis patentibus fuſcis, medio longitudinaliter undatim hyalinis.
Tipula gigantea. *Beytr. zur Nat. p.* 92. §. 59.
Tipula maxima. *Pod. mus. graec. p.* 113. an?
La tipule à aîles panachées. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 554.

Menſurae.		
Longit. a thorace ad an.	10	lin.
alae	13	—
pedis poſtici	20	—
capitis	2	—

Habitat in hortis, Lincii. *Mas.*

846. Pratensis, Wieſenmücke.

Tipula alis hyalinis; venis, puncto marginali, nubeculisque duabus in diſco fuſcis.
Tipula pratenſis. *Lin. S. N. gen.* 252. *ſp.* 10. *Lin. faun. ſuec. n.* 1745. *Scop. carn. n.* 848. *Pod. mus. graec. p.* 112.

Eine

Eine große Art von Erdſchnacken. *Friſch Inſ. Deut. part.* 4. *p.* 24. §. 12.
Gelbſtirn. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 933.

		Maris;	*Fem.*
Menſurae. Longit. a thorace ad an.		$6\frac{1}{2}$;	$8\frac{1}{2}$ lin.
	alae	$7\frac{2}{3}$;	8 —
	capitis	1 ;	1 —
	pedis poſtici	$14\frac{1}{2}$;	$13\frac{1}{3}$ —

Habitat paſſim; ſaepe unico ex pede pendula, reliquis corpus ſuum a pulveribus purgat.

847. Venosa, Nervigte Mücke.

Tipula *venoſa*, alis hyalinis; venis fuſcis fuſcoque marginatis. *Beytr. zur Nat. p.* 92. §. 60.

Menſurae.. Longit. a cap. ad an.		10 lin.
	alae	11 —

Habitat Lincii. *Mas.*

848. Atrata, Schwarze Mücke.

Tipula *atrata*, alis glaucis, puncto marginali, corporeque atro, abdominis ſegmento primo pedibusque rufis. *Lin. S. N. gen.* 252. *ſp.* 14.

Lin. faun. ſuec. n. 1749.
Pod. mus. graec. p. 112.

Schwarzpunct. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 934.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		$12\frac{1}{3}$ lin.
	alae	8 —
	pedis poſtici	13 —

Habitat Lincii. *Femina.*

849. Lunata, Mondzeichenmücke.

Tipula *lunata*, alis cinerascentibus: lunula marginali alba. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 9. *Lin. faun. suec. n.* 1744. *Scop. carn. n.* 847.

La tipule à aîles cendrées avec une tache blanche marginale. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 556.

Mondzeichen. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 933.

		♂;	♀.
Mensurae. Longit. a cap. ad an.		8 ;	10 lin.
	alae	$9\frac{1}{2}$;	$10\frac{2}{3}$ —
	pedis postici	$23\frac{1}{2}$;	25 —

Habitat in hortis.

850. Oleracea, Küchengartenmücke.

Tipula *oleracea*, alis hyalinis: costa marginali fusca. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 5. *Lin. faun. suec. n.* 1740.

Tipula oleracea. *Scop. carn. n.* 854.

La tipule à bords des aîles bruns. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 555.

Pflanzenschänder. *Müll. Lin Nat. Cl. V. p.* 932.

Mensurae. Longit. a cap ad an.		8 lin.
	alae	9 —
	pedis postici	$18\frac{1}{2}$ —

Habitat in hortis. *Femina.*

851. Plicata, Gefaltete Mücke.

Tipula cinerea; alis hyalinis: venis fuscis, margine externo lineaque media plicis parvis transversis interstinctis.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
alae $7\frac{1}{2}$ —
pedis poſtici 15 —

Habitat Lincii. *Femina.*

Deſcr. Cinerea; alae hyalinae, venis fuſcis; duae lineae longitudinales, quarum una marginem exteriorem, medium altera occupat, ex plicis minutis transverſalibus.

852. HORTORUM, Gartenmücke.

Tipula *hortorum*, alis hyalinis: macula pallida obſoleta, corpore nigro luteoque variegato. *Lin. S. N. gen.* 252. *ſp.* 6. *Lin. faun. ſuec. n.* 1725.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae $7\frac{1}{2}$ —
pedis poſtici 16 —

Alae fuſcae, maculis aliquot hyalinis, & una faſciae inſtar non procul apice totam alam cingente.

Habitat in pratis. *Mas.*

853. PECTINICORNIS, Mücke mit Kammhörnern.

Tipula *pectinicornis*, antennis pectinatis; alis macula nigra, thorace flaveſcente. *Lin. S. N. gen.* 252. *ſp.* 1. *Lin. faun. ſuec. n.* 1735.

Tipula pectinicornis. *Scop. carn. n.* 839.

Kammhorn. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 930.

HISTORIA. *Larva* ſordide alba, diaphana, ita ut nigra ab ingeſtis alimentis inteſtina transpareant. Caput nigrum; anus ſpinis armatus; ultimo ſegmento puncta duo nigra ocellaria ſub aculeis.

Pupa terrei coloris, tota undique aculeis hiſpida, quod inde fit, quia ſingula ſegmenta quaſi verticillatim cinguntur aculeis brevibus; anus magis ſpi-

noſus. Antennae porrectae curvae, concavitate ſua faciem, ſeu partem eam, in qua alarum tegumenta ſunt, reſpiciente.

Imago. Color totius niger; caput & oculi nigri, frons alba; oculi nigro-ciliati; antennarum baſis nuda; ſub primi articuli finem faſcia nigra, tum ſubtus clavula quaedam apicem earum reſpiciens, tandem pectines antennarum, qui toti nigri, radiis utrinque quatuordecim, alternis minoribus; radius terminalis impar; rachis ferrugineſcit. Thorax niger lateribus flavis. Abdomen rufum. In ſinguli ſegmenti dorſo macula nigra trigona; ex omnibus iſtis linea longitudinalis nigra exſurgit. Linea tenuior nigra ad latera. Alae hyalinae cum macula nigra ad marginem exteriorem. Halteres ferruginei, clava flava. Pedes fulvi, geniculis & tibiis ſecundariis nigris, primariis fuſcis.

Menſurae. Longit. Larvae	10	lin.
Pupae	12	—
Long. tipulae a cap. ad an.	$8\frac{1}{2}$	—
antennae totius	$2\frac{1}{2}$	—
pectinis	2	—
alae totius	7	—
usque ad maculam	5	—
abdominis	6	—
pedis (*pedes omnes aequales ſunt*)	11	—
thoracis	$1\frac{1}{2}$	—
capitis	1	—

Huc usque *Marem* deſcripſimus.

Menſ. feminae. Longit. a cap. ad an.	11	lin.
antennae	$1\frac{1}{2}$	—
thoracis	$2\frac{1}{2}$	—
pedis poſtici	$15\frac{1}{2}$	—
abdominis	9	—

Larva

Larva ut in mare.

Pupa ut in mare.

Imago mari fimilis. Nigra funt: oculi, frons, thorax, apex abdominis fupra infraque, & linea longitudinalis ex maculis trigonis per medium abdominis decurrens, & alia fubtus ex maculis rotundis; item tibiae fecundariae, & antennae moniliformes, primi tamen tres articuli fufco-teftacei funt. Flava funt: maculae duae laterales thoracis, apices fegmentorum abdominis fupra infraque, non tamen per modum faſciae, macula enim illa trigona flavi margines in medio infufcantur. Hinc tantum latera fegmentorum flava. Teftacea reliqua.

Habitat in carie arborum folitaria larva, pupaque; declarata hortos nemoraque frequentat.

Prodiit mihi 9. Maji. Thermometro Reaumuriano 14. Lin. alto.

Obſ. Pupae uni unam antennam amputavi; prodiit tamen tipula & antennis & palpis, & alis inſtructa. Alteri (feminae) utramque abſcidi antennam, & prodiit tipula ſolis alarum rudimentis inſtructa.

354. CROCATA, Saffranmücke.

Tipula *crocata*, alis macula fufca, abdomine atro faſciis fulvis. *Lin. S. N. gen.* 252. *ſp.* 4.

Lin. faun. ſuec. n. 1739.
Scop. ent. carn. n. 845.

Tipula variegata β. *Pod. mus. graec. p.* 111.

La tipule variée de brun et de noir. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 553.

Menſurae.		♂;	♀.
Longit a cap. ad an.		$7\frac{1}{2}$;	$6\frac{1}{2}$ lin.
alae		6 ;	6 —
pedis poſtici		$13\frac{1}{2}$;	15 —
antennae		$2\frac{1}{2}$;	— —

Defcr. Maris. Niger; antennis nigris pectinatis, pectinibus utrinque feptemdecim, ultimo impari; rachis nigro fulvoque variegatur. Frons alba; oculi nigri. Thorax bafi linea transverfa fulva; utroque latere ante alas lineaeformi macula flava. Abdomen nigrum, bafi, ubi thoraci adnectitur, flavum; fegmentum fecundum fubtus fafcia flava latera obvolvente, non tamen in dorfo in fe redeunte, cingitur; fegmenti tertii apex fuperior fulvus; quartum fupra fubtusque fulvum, bafi fola modice nigra; quintum & fextum fupra fafcia fulva in medio abrupta. Pedes fulvi; femora & tibiae cingulo nigro. Alae hyalinae, macula nigra. Halteres fulvi, clava flava.

Defcr. Feminae. Nigra; frons fulva. Thoracis bafi linea transverfa, maculae duae, punctumque ante alas faturate fulva; aliud punctum ad latus cujusvis alae interius, & aliud ad latus thoracis poft alam, omnia fulva. Abdomen nigrum, cingulis tribus & punctis duobus croceis. Halteres fufci, capitulo compreffo, fummo apice albo. Antennae moniliformes; alae ut in mare.

Habitat in hortis.

855. QUADRIMACULATA, Vierfleckigte Mücke.

Tipula *quadrimaculata*, alis fufco-venofis: margine, maculisque quatuor fufcis.
Lin. S. N. gen. 252. *fp.* 3.
Lin. faun. fuec. n. 1736.
Vierfleck. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 931.

Menfurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae 6 —
pedis antici 12 —

Obf. Numerus punctorum nonnihil variat.
Habitat in pratis.

856. OCEL-

856. Ocellaris, Mücke mit Augenringflügeln.

Tipula *ocellaris*, alis albidis: maculis ocellaribus nigricantibus plurimis. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 17.

Lin. faun. suec. n. 1751.

Schwarzauge. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 934.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$5\frac{1}{3}$ lin.
alae	$5\frac{1}{2}$ —
pedis antici	12 —

Habitat ad torrentes.

Mas femina vix minor.

857. Terrestris, Erdmücke.

Tipula *terrestris*, alis hyalinis puncto marginali fusco, abdomine dorso cinereo. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 11.

Lin. faun. suec. n. 1746.

Frisch Inf. Deut. part. 7. *p.* 30. §. 22.

Erdwühler. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 934.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$5\frac{1}{2}$ lin.
alae	$7\frac{1}{3}$ —
pedis postici	15 —

Alae hyalinae subnebulosae, maculis aliquot albidis, aliter tamen ac in Tipula *hortorum* dispositis.

858. Punctata, Punctirte Mücke.

Tipula alis hyalinis nigro punctatis: margine exteriore nigro maculato.

	α;	*β*.
Mensurae. Longit. a cap. ad an.	5;	6 lin.
alae	4;	$5\frac{1}{4}$ —

Descr. Longipes, cinerea. Alae hyalinae, modice rufescentes: margo crassior maculas aliquot nigras gerit ex punctis compositas. Reliqua ala tota punctis nigris obsoletis creberrimis consita.

Habitat Lincii ad torrentes. *Femina.*

859. Flavescens, Gelblichte Mücke.

Tipula *flavescens*, alis immaculatis, corpore flavo, dorso fusco. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 19.

Lin. faun. suec. n. 1753.

Gelbkörper. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 935.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae $5\frac{1}{2}$ —

Habitat in pratis udis. *Femina.*

860. Phragmitidis, Schilfmücke.

Tipula phragmitidis, alis patentibus, flava, capite nigro; alis hyalinis: punctis tribus nigris.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae $4\frac{1}{2}$ —
pedis postici $7\frac{1}{2}$ —
antici $8\frac{1}{2}$ —

Descr. Caput nigrum; antennae flavae. Thorax flavus, linea longitudinali nigra; alae hyalinae, punctis prope marginem exteriorem tribus nigris. Abdomen flavum. Pedes flavi, apice fusci.

Habitat in arundinetis.

861. Lineata, Gestreifte Mücke.

Tipula flava; thorace tribus: abdomine lineis quatuor punctatis.

Tipula lineata. *Scop. carn. n.* 852.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{3}$ lin.
alae $5\frac{1}{3}$ —
pedis antici 9 —

Habitat in Auſtria.

862. Ocreata, Fußbandmücke.

Tipula nigra; alis hyalinis nigro-maculatis punctatisque; ante tarſos poſticos faſcia alba.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae 5 —
pedis poſtici 9 —

Deſcr. Nigra; femora, femorum apophyſes, palpi halteresque ferruginei; in abdomine maculae duae utrinque ferrugineae. Alae hyalinae, macula una ad marginem, altera in medio, punctisque duobus fuſcis. Tibiae fuſcae; ante pedum poſticorum tarſos faſcia alba.

Habitat in Auſtria ſuperiore.

863. Contaminata, Schmuzmücke.

Tipula *contaminata*, alis nigro maculatis, corpore nigro. *Lin. S. N. gen.* 252. *ſp.* 8. *Lin. faun. ſuec. n.* 1743.

La tipule noire, à taches jaunes et aîles maculées. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 558.

Schmuzmücke. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 933.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae $3\frac{1}{3}$ —
pedis poſtici $6\frac{1}{3}$ —
medii $5\frac{1}{2}$ —
antici $5\frac{1}{2}$ —
antennae 2 —

Deſcr. Nigra tota. Antennae in meo ſpecimine moniliformes; pedes rufi, geniculis nigris; duo abdominis

minis segmenta ferruginea. Tarsi fusci; alae hyalinae, sed ad marginem exteriorem maculae quatuor nigrae, quarum una fere in basi, tum altera, dein tertia magna, quarta denuo minor, major tamen duabus primis.

Habitat in pratis.

864. NIGRA, Pechschwarze Mücke.

Tipula *nigra*, alis nigris, corpore atro.
Lin. S. N. gen. 252. *sp.* 13.
Lin. faun. suec. n. 1748.
La tipule toute noire. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 559.
Schwarzpuckel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 933.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae 4 —
pedis postici 13 —
antennae $3\frac{1}{2}$ —

Habitat in utraque Austria; acaro *coccineo* frequenter obnoxia.

865. BIFASCIATA, Zweygürtelige Mücke.

Tipula flava, alis hyalinis fusco subbifasciatis.

Descr. Mediocris; flava; oculis atris; alis hyalinis; macula fusca prope marginem in medio, & fascia fusca prope apicem alae.

Habitat Lincii.

*

866. PLUMOSA, Federbuschmücke.

Tipula *plumosa*, thorace virescente, alis hyalinis; puncto nigro. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 26.

Lin. faun. suec. n. 1758.

Tipu-

Tipula plumoſa. *Scop. carn. n.* 841.
La tipule à corcelet vert et point marginal noir ſur les aîles. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 561.
Federbuſch. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 936.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae 3 —

Habitat larva in aquis ſtagnantibus; pupa locomotiva facultate praedita, ut fere plerarumque ſequentium.

867. VERNA, Frühlingsmücke.

Tipula *verna*, alis hyalinis; faſciis duabus punctoque fuſco. *Beytr. zur Nat. p.* 93. §. 61.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2½ lin.
alae 3 —

Habitat Lincii.

868. ARUNDINETI, Rohrmücke.

Tipula *arundineti*, albida, antennis villoſis, oculis atris. *Lin. S. N. gen.* 252 *ſp.* 23.
Rohrmücke. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 936.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
alae 1½ —

Habitat in arundinetis. LINNAEUS expanſam viderit, quod opera aut caſu factum fuerit; coeterum hujus familiae. Alae margine interno modice ciliatae.

869. CULICIFORMIS, Schnackenartige Mücke.

Tipula *culiciformis*, cinerea, pedibus pallidis, alis maculis duabus nigricantibus. *Lin. S. N. gen.* 252. *ſp.* 52.
Schnackenfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 943.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1½ lin.
alae 1½ —

Deſcr. Nihil hac tipula culici ſimilius, ſi os demas; color totius ferrugineo-flavus, abdomen ſupra cingulis obſcurioribus circumdatur. Alae hyalinae, maculis duabus fuſcis ſubmarginalibus.

Habitat in Auſtria, non gregaria.

870. Pupivaga, Puppenwandelnde Mücke.

Tipula alis fuſcis: maculis tribus, faſciisque duabus albis. *Beytr. zur Nat. p.* 1.

Habitat in aquis pigris usque ad declarationem.

871. Ichneumonea, Raupentödterähnliche Mücke.

Tipula nigra, ſericea; alis albis, puncto marginali nigro; pedum pulvillis albis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae 3 —

Tota hirta ex pilis cinereis; pedes poſtici longiores.
Lecta Viennae 16. Maji.

872. Motitatrix, Zittermücke.

Tipula *motitatrix*, pedibus anticis maximis motatoriis: annulo albo. *Lin. S. N. gen.* 252. *ſp.* 29.
Lin. faun. ſuec. n. 1752.

La tipule à pattes en forme d' antennes, ornées d'un anneau blanc. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 562.

Zuckfuß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 938.

Habitat in hortis, & pratis.

873. Re-

873. Regelationis, Pyramidenmücke.

Tipula *regelationis*, alis hyalinis nitentibus, corpore cinereo fusco. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 21.

Lin. faun. suec. n. 1754.

Frühlingsmücke. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 935.

Et haec ad tipulas culiciformes in Systemate Linnaeano amandanda. Choreas agens ingentes format pyramides vespertino tempore in pratis, basi terrae incumbente, apice omnem effugiente oculi aciem.

874. Littoralis, Strandmücke.

Tipula *littoralis*, virescens, alis immaculatis, pedibus anticis longissimis. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 27.

Lin. faun suec. n. 1759.

La tipule brune à ventre de couleur verte en devant. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 562.

Strandschwermer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 936.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin.
alae $1\frac{1}{4}$ —

Habitat in udis.

875. Barbicornis, Mücke mit Barthörnern.

Tipula *barbicornis*, nigra, antennis plumosis, apice simplicioribus. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 25.

Mücke mit Barthörnern. *Beytr. zur Naturg. p.* 56. §. 9.

Habitat in fenestris vere.

876. Hor-

* *

876. HORTULANA, Gartenverwüſtende Mücke.

Tipula *hortulana*, alis albis, margine exteriore nigro. thorace abdomineque rubro.
Lin. S. N. gen. 252. *ſp.* 46.
Lin. faun. ſuec. n. 1770.
Le bibion de ſaint Marc rouge. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 571.
Gärtner. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 942.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4⅔ lin.
alae 3¾ —

Antennae moniliformes, breves; femora antica craſſa, fere clavata, ſulco utrinque.

877. MARCI, Mückenfliege.

Tipula *Marci*, nigra, glabra, alis nigricantibus, femoribus anticis introrſum ſulcatis. *Lin. S. N. gen.* 252. *ſp.* 38.
Lin. faun. ſuec. n. 1765.
Die ſchwarze Mückenfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 939.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
alae 2 —

Mas muſcae ſimilis, capite magno (proportionaliter) ſphaerico, ſupra oculis toto obtecto, ut in muſcis, ita ut inter utrumque oculum ſaltem tenuis ſutura intercedat. Sub oculis, eo loco, ubi palpos quaereres, antennae, antennis feminae ſimiles, & poſt has ſtatim palpi; coetera feminae ſimillimus.
Habitat in floribus.

878. FEBRILIS, Fiebermücke.

Tipula febrilis, atra, oblonga, hirta, alis nigricantibus. *Lin. S. N. gen.* 252. *ſp.* 44.
Lin. faun. ſuec. n. 1768.

Le

Le bibion de Saint Marc noir. *Geoffr. Paris part. 2. p. 571.*

Krankenwärter. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 941.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae 3 —

Habitat in umbraculis hortorum, verno tempore paſſim humi nuptias celebrans, nec avolans, etiam accedente homine, Todo ſtupidior.

879. Haemorhoa, Blutende Mücke.

Tipula nigra abdomine poſtice ſanguineo, tibiis nigris. *Beytr. zur Nat. p. 93. §. 62.*

Tipula paluſtris. *Lin. S. N. gen. 252. ſp. 53.* an?

Habitat in feneſtris, verno tempore.

880. Minutissima, Flohmücke.

Tipula *minutiſſima*, flava, oculis vertice concurrentibus, nigris. *Lin. S. N. gen. 252. ſp. 59.*

Flohfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 945.*

Habitat Lincii.

881. Scathopse, Abtrittsmücke.

Tipula antennis moniliſormibus, nigra; alis incumbentibus hyalinis.

Scathopſe noir. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 545.*

Habitat in latrinis; diebus ſaepe pluribus in copula perſeverat. Tardum animal.

882. Buxi, Burbaummücke.

Tipula flava; capite thoraceque nigris, alis fuſcis incumbentibus.

Tipula flava. *Beytr. zur Nat. p.* 55. §. 8.
Scathopse de bouis. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 545.

Habitat in Buxo. Geoffr.

883. Phalaenoides, Eulenmücke.

Tipula *phalaenoides*, alis deflexis cinereis ovato-lanceolatis ciliatis. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 47.
Lin. faun. suec. n. 1771.
Tipula phalaenoides. *Scop. carn. n.* 864.
Le bibion à ailes frangées et sans taches. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 572.
Schmetterlingsmücke. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 942.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
alae 1½ —

Habitat in plantis densis foliis vestitis, fenestris, latrinis, in locis udis uliginosis, ad torrentes.
Varietas?
Fuliginosa; alis patentibus, capite deflexo, thorace piloso, alisque basi maculis quatuor cervinis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1¼ lin.
alae 1¼ —
Latitudo alae ½ —

Descr. Caput valde deflectit, praesertim mortua. Oculi nigri. Antennae 11. articulis, moniliformes, pilosulae, pilis verticillatis, sed brevibus, & rectis. Thorax, qui, ut totum animal valde pilosus est, cervino colore tingitur. Alae ovatae, non deflexae, sed patentes, ut in Muscis nobilibus Cl. Scopoli, fuliginosae, pilosae, ciliatae; nudo oculo margo videtur niger, & reipsa extima circumferentia, uti & venae disci, atrae sunt; cilia alarum etiam magis

gis nigrescunt quam discus, subinde tamen pallidiores conspiciuntur. Ad basin cujusvis alae margo uterque interior & exterior villum habet cervinum. Abdomen cinereum, pedes nigri.

Habitat in fenestris, locisque humentibus a primo vere in autumnum.

384. Salicina, Weidenmücke.

Tipula alis incumbentibus fuscis: margine tenuiore ciliatis; antennis moniliformibus villosis.

Tipula juniperina. *Lin. S. N. gen.* 252. *sp.* 51. an?

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
alae 1¼ —

Historia. *Larva* rubra, maculis irregularibus albis, apus, capite intra corpus retractili, plicis circiter 10-11.

Pupa rubra, alis, pedibus, oculisque nigris; ad caput biangulata, antennis nigris, ad angulos oblique extantibus.

Imago nigra; alae margine tenuiore ciliatae; antennae valde villosae; corpus pilosum pellucente rubedine.

Habitat in gemmis salicis albae lignefactis copiosa, tempore veris; mutatur mense Majo.

385. Berberina, Berberismücke.

Tipula alis incumbentibus fuliginosis, basi, margineque macula albis.

Descr. Magnitudo Tipulae Phalaenoidis, uti & habitus, sed alae incumbentes, nec deflexae.

Pupa rubra, antennis setiformibus instructa.

Tipula alis invicem impositis, quasi unica esset. Antennae articulis circiter 20. moniliformes, singulis articulis corona ex ciliis brevibus verticillatis. Alae fuliginosae, latere interiore ciliatae; basi & in de-

curſu marginis exterioris macula nivea; tectae totae ſquammulis ovoidibus. Abdomen cum thorace rubrum.

Habitat in Berberidis ſtrumoſis excreſcentiis, ramulis prioris anni innatis.

MUSCA, Fliege.

* *Antennis ſimplicibus porrectis, abſque filo laterali.*

886. CHAMAELEON, Chamäleonfliege.

Muſca *chamaeleon*, antennis filatis clavatis, ſcutello bidentato luteo, abdomine nigro: faſciis lateralibus luteis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 3.
Lin. faun. ſuec. n. 1780.

La mouche armée à ventre plat, chargée de ſix lunules. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 479.

Chamäleon. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 950.

		α;	β.
Menſurae.	Longit. a cap. ad an.	$6\frac{1}{2}$;	6 lin.
	alae	5 ;	$4\frac{3}{4}$ —
	Latitudo abdominis	$3\frac{1}{2}$;	3 —

Habitat larva in aquis ſtagnantibus pigris, plerumque conſpurcatis. Muſca vicinos flores adit.

887. MICROLEON, Weißſtreifigte Fliege.

Muſca *microleon*, antennis filatis clavatis, ſcutello bidentato nigro, abdomine atro: ſtrigis lateralibus albis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 4.
Lin. faun. ſuec. n. 1781.

La

La mouche armée à ventre plat et brun *Geoffr. Pari. part. 2. p. 480.*

Weißſtrich. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 951.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $2\frac{2}{3}$ —

Habitat in Auſtria.

Differt a priore thorace tomentoſo; ſcutello nigro; abdomine nigro & ſaltem lateribus lineolis quibusdam albis variegato; alis fuſceſcentibus, apice pallidioribus.

888. Hydroleon, Waſſerfliege.

Muſca *hydroleon*, antennis filatis clavatis ſcutello bidentato nigro, abdomine viridi: medio nigro angulato. *Lin. S. N. gen. 253. ſp. 5.*

Lin. faun. ſuec. n. 1782.

La mouche armée a ventre verte. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 481.*

Waſſerfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 951.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae $3\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{2}{3}$ —

Habitat Lincii.

In meo ſpecimine thorax leviter deauratus.

889. Nova, Neue Fliege.

Muſca *nova*, antennis filatis clavatis: medio ſetigeris; ſcutello bidentato, nigra, fulvo-pubeſcens. *Beytr. zur Nat. p. 93. §. 63.*

		″.	β.
Menſurae.	Longit. a cap. ad an.	5 ;	$4\frac{1}{2}$ lin.
	alae	4 ;	$3\frac{1}{2}$ —
	Latitudo abdominis	3 ;	$2\frac{1}{2}$ —

Habitat Lincii.

Etſi latere Antennarum porrectarum ſetam exſerat, toto tamen habitu huic muſcarum Familiae inſeri poſtulat. Ergo verum eſt, nullam eſſe regulam ſine exceptione.

890. Plebeja, Pöbelfliege.

Muſca *plebeja*, antennis filatis ſubulatis, corpore cinereo hirto, abdominis inciſuris margine albidis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 1.

Lin. faun. ſuec. n. 1779.

Pöbelfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 950.

Menſurae.	Longit. a cap. ad an.	5 lin.
	alae	4 —
	Latitudo abdominis	$2\frac{1}{2}$ —

Venae alarum obliterato-fuſcescunt, marginataeque ſunt penumbra. Etiam haec ſetam lateralem gerit in antennis porrectis filatis ſubclavatis; & univerſim priori ſimillima, ſi abdomen non adcurate intuearis venarumque in alis ſitum.

Habitat ruri.

891. Inda, Sattelfliege.

Muſca atra, thorace rubro utrinque uni- & apice bi-ſpinoſo.

La mouche armée à corcelet rouge ſatiné. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 480.

Sattelfliege. *Schäf. Abhandl. part.* 2. *p.* 243.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae 6 —
Latitudo abdominis 2½ —

Spinae tam fortes, ut ſi muſcam manu nuda ceperis, dolorem tibi infligant.

Indi, quorum corpora a ſole, aliisque forte de cauſis belle nigra, in eo elegantiam quaerere dicuntur, quod Stramonio *Meid* dicto labia ſua magis rubra reddant, nulla non gente Coſmeticis remediis ſtudente. Hinc nomen Muſcae latinum.

Habitat Viennae, Lincii.

892. Morio; Mohrenfliege.

Muſca *morio*, antennis filatis ſubulatis, alis dimidiato-nigris; halterum clava lactea.

Muſca morio. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 9. *Lin. faun. ſuec. n.* 1784.

La mouche à ailes noires bordées de blanc ondé. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 494.

Mohr. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 952.

	α;	β.
Menſurae. Longit. a cap. ad an.	4⅓;	3⅓ lin.
alae	5½;	4 —
Latitudo abdominis	1½;	1 —

Habitat in hortis & pratis.

Huc usque deſcriptae ſcutellum biſpinoſum gerebant; haec cum ſequenti tota mutica.

893 Anthrax, Kohlenfliege.

Muſca antennis filatis ſubulatis, alis nigris: apice pallidioribus, halterum clava nigra.

Anthrax morio. *Scop. entom. carn. n.* 971. an?

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		$5\frac{1}{2}$ lin.
alae		$4\frac{1}{4}$ —
Latitudo abdominis		$1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Qui nunquam vidit Muſcam *morionem* LINNAEI, hanc pro illa habeat, neceſſe eſt; nulla enim alia nota differt, quam quod alae minus quidem ſaturate, at latius nigrae ſint, ſolis apicibus pallidioribus, non tamen, ut in priore ſpecie, plane excoloribus, ſed adhuc ſatis ſuſcis; nec in hac ſpecie clava halterum lactea, ſed nigra; coetera eadem.

Lecta Viennae in Pratter.

894. CLAVIPES, Keulfüßige Fliege.

Muſca *clavipes*, antennis filatis ſubulatis, corpore laevi atro, abdomine teſtaceo, plantis poſticis clavatis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 12.

La mouche-armée noire à ventre et cuiſſes jaunes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 483.

Keulfuß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 953.

	α ;	β.
Menſurae. Longit. a cap. ad an.	3 ;	$2\frac{1}{4}$ lin.
alae	3 ;	2 —
Latitudo abdominis	$\frac{4}{5}$;	$\frac{1}{3}$ —

Haec in ſcutello aculeos ſex gerit.

Habitat Lincii, Viennae.

895. CONOPSOIDES, Stechweſpenartige Fliege.

Muſca *conopſoides*, antennis clavatis mucronatis baſi coadunatis, corpore atro, abdominis cingulis tribus flavis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 21.

Lin. faun. ſuec. n. 1790.

Baſtard-

Baſtardſtechfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 955.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
antennae $1\frac{1}{2}$ —
abdominis $3\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Nigra; antennae porrectae, baſi connatae, apice terminatae capitulo lanceolato. Frons flava, linea media nigra. Thorax arcte capiti connatus; ſutura expletur linea antrorſum conum in caput exſerente, ſed pictum, non exſculptum, flava, in ipſo cono ſtemmata tria nigra. Ante alas linea flava cum puncto pectus verſus. Scutellum nigrum, medio faſcia flava. Abdomen cylindricum, baſi flava, cingulisque tribus flavis, nempe ob apices ſegmentorum ſecundi; tertii, quartique flavos; ſubtus faſcia ſecunda non coit, tertia vero utrinque ramum obliquum immittit. Pedes fulvi, femora nigra, baſi apiceque flava. Alae hyalinae, margine exteriori fuſco; halteres flavi.

Lecta ad Viennam Majo menſe.

Varietatem non quidem in Auſtria, ſed Paſſavii in Pineto inveni, breviter tamen commemorandam. Datis ea menſuris multo minor. Ante alas non linea, ſed punctum flaveſcens, ſolitarium; baſis abdominis non flava. Nullum ex flavis cingulis ſubtus conſpicuum. Pedes flavi; femora nigra, baſi apiceque flava.

Lecta Menſe Octobri.

896. VERMILEO, Wurmlöwe.

Muſca *vermileo*, antennis filatis apice ſetigeris, abdomine trifariam nigro-punctato, thorace maculato, alis immaculatis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 17.
Wurmlöwe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 954.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Flava; caput nigrum; thorax ſupra cinereus; abdomen ſerie una in dorſo, & una ex utroque latere, punctorum nigrorum; apex ipſe niger. Alae ferrugineſcentes.

Habitat Lincii.

897. Scolopacea, Schneppenfliege.

Muſca *ſcolopacea*, antennis filatis, apice ſetigeris, abdomine flaveſcente trifariam nigro-punctato, alis nebuloſis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 16.
Lin. faun. ſuec. n. 1788.
Stachelſchnabel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 954.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Nigra; abdomen conicum, flaveſcens, ſubtus cinereum; ſupra maculis in lineam longitudinalem diſpoſitis. Os palpigerum cum roſtro reflexo. Alae puncto marginali magno, venis, apicibusque fuſcis, nec de coetero valde hyalinis.

Habitat Lincii.

898. Diadema, Kronenfliege.

Muſca *diadema*, antennis filatis, apice ſetigeris; cinerea, alis immaculatis, pedibus ſubferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 19.
Kronenfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 954.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3½ lin.
alae 3½ —
Latitudo abdominis ¾ —

Deſcr. Alae ſubfuſcae cum puncto marginali vix ſenſibili; coetera nigra, pilis flavis tomentoſa, unde nigro-cinerea evadit. Femora nigra, reliqui pedes longiuſculi, flaveſcentes.

Habitat Lincii.

899. Formosa, Artige Fliege.

Muſca antennis filatis apice ſetigeris; thorace viridi, abdomine coeruleo dilatato.
Muſca formoſa. *Scop. ent. carn. n.* 910.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3½ lin.
alae 2½ —
Latitudo abdominis 1½ —

Deſcr. Habitus *Hydrotaeae*; corpus nigrum coeruleſcens; thorax & abdomen, uti in charactere, ſed poſt mortem utraque coerulea. Oculi nigri; pedum genicula rufa.

Locus Viennae in ponte ſupra torrentem cognominem.

** *Tomentoſae plumatae.*

900. Mystacea, Bartfliege.

Muſca *myſtacea*, antennis plumatis, tomentoſa nigra, thorace, abdominis apice, alarumque baſi fulvis. *Lin. S. N. gen.* 253. *Lin. faun. ſuec. n.* 1793.
Bartfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 957.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		$6\frac{1}{2}$ lin.
	alae	6 —
	Latitudo abdominis	3 —

Deſcr. Hirſuta tota; nigra; thorax baſi fulvus; alae baſi fulvae; abdomen glabrum atrum: apice hirſutum, albidum.

Habitat in floribus, quos apis inſtar adit.

**** Tomentoſae ſetariae.*

901. PENDULA, Dünnſchwanzfliege.

Muſca *pendula*, antennis ſetariis, tomentoſa, thorace lineis quatuor, abdomine faſciis tribus interruptis flavis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 28.

Lin. faun. ſuec. n. 1795.

La mouche à corcelet ſtrié et bandes jaunes interrompues ſur le ventre. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 513.

Dünnſchwanz. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 958.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		$5\frac{2}{3}$ lin.
	alae	$4\frac{2}{3}$ —
	Latitudo abdominis	2 —

Deſcr. Frons alba; oculi brunnei; thorax flavus, lineis tribus nigris; ſcutellum flavum. Abdomen nigrum, cingulis tribus interruptis flavis; cingulum tertium ſaepe album eſt; ſubtus abdomen fere totum flavum.

Habitat larva caudata, muriformis in aquis, muſca flores adit. V. *Friſch Inſ. Deut. part.* 4. *t.* 13.

902. AR-

902. ARBUSTORUM, Strauchfliege.

Muſca *arbuſtorum*, antennis ſetariis, tomentoſa, thorace griſeo, abdomine ſubfuſco: ſegmento primo ſecundoque latere ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 31. *Lin. faun. ſuec. n.* 1798.

Baumgärtner. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 958.

Menſurae.	Longit. a cap. ad an.	$6\frac{1}{2}$ lin.
	alae	5 —
	Latitudo abdominis	2 —

Multum ſimilis conopi *pertinaci* Cl. SCOPOLI, pro quo habuiſſem, niſi antennae diſſentirent.

Habitat Viennae.

903. NEMORUM, Waldfliege.

Muſca *nemorum*, antennis ſetariis, tomentoſa, abdomine cingulis tribus albis, ſegmento primo lateribus luteo. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 30.

Lin. faun. ſuec.

La mouche cendrée à bandes blanches ſur le ventre, et deux grandes taches jaunes ſur le premier anneau. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 511.

Waldfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 957.

Menſurae.	Longit. a cap. ad an.	$4\frac{2}{3}$ lin.
	alae	4 —
	Latitudo abdominis	$1\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Nigra; thorace tomento flavo tecto; abdomen baſi utrinque macula magna flava. Alae hyalinae cum puncto marginali nigro.

Habitat in floribus.

904. ATRO-

904. Atropos, Todtenkopffliege.

Musca *atropos*, antennis setariis, subtomentosa; thorace albido; maculis tribus nigris; abdomine nigro, fasciis interruptis margineque segmentorum flavis. *Beytr. zur Nat. p.* 94. § 64.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{2}$ lin.
alae $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{2}$ —

Habitat in floribus.

905. Ribesii, Johannsbeerfliege.

Musca *ribesii*, antennis setariis, nigra nudiuscula; thorace immaculato, abdomine cingulis quatuor flavis: primo interrupto. *Lin. S. N. gen.* 253. *sp.* 50.
Lin. faun. suec. n. 1816.

Johannsbeerfliege. *Müll. Lin. Nat. C. V. p.* 512.

La mouche à quatre bandes jaunes sur le ventre, dont la premiere est interrompue. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 512.

	α;	β.
Mensurae. Longit. a cap. ad an.	4 ;	$3\frac{1}{2}$ lin.
alae	4 ;	3 —
Latitudo abdominis	2 ;	$1\frac{1}{2}$ —

Habitat in floribus; Larva inter aphides ribis.

906. Festiva, Süßerfliege.

Musca *festiva*, antennis setariis, nuda; thorace lineis lateralibus, abdomine cingulis

gulis quatuor flavis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 45.
Lin. faun. ſuec. n. 1812.

Muſca feſtiva. *Pod. mus. graec. p.* 114.
Conops feſtivus. *Scop. carn. n.* 964.
Stuſer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 962.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae 4 —
Latitudo abdominis $1\frac{3}{5}$ —

Habitat in floribus.

907. Pyrastri, Birnfliege.

Muſca *pyraſtri*, antennis ſetariis, nigra, nudiuſcula; thorace immaculato, abdomine bis tribus lunulis flavis recurvatis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 51.
Lin. faun. ſuec. n. 1817.

Muſca pyraſtri. *Scop. carn. n.* 931.
Pod. mus. graec. p. 115.

La mouche à ſix taches blanches en croiſſant ſur le ventre. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 517.

Birnfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 963.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae 5 —
Latitudo abdominis $1\frac{3}{4}$ —

Larva viridis, limaciformis, linea longitudinali alba a capite ad anum. Aphidivora.

Pupa larva contracta in figuram antice obtuſam, plantae ano affixa.
Habitat in floribus.

908. ALTERNATA, Wechſelgürtelige Fliege.

Muſca *alternata*, thorace nigro viridi, ſcutello flavo; abdomine nigro: faſciis transverſis luteis, alternis majoribus, primo interrupto.

La mouche à bandes jaunes alternativement plus larges ſur le ventre. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 514.*

Muſcae cannabinae Cl. SCOPOLI varietas?

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{3}$ lin.
alae $3\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis 1 —

Deſcr. Nigra, nudiuſcula, thorax ſubaeneus; ſcutellum flavum; abdomen nigrum, cingulis (7) flavis, alternis minoribus, primo interrupto. Pedes flavi.

909. MENTHASTRI, Münzenfliege.

Muſca *menthaſtri*, antennis ſetariis; nigra, nuda; abdomine cingulis quatuor ſcutelloque flavis. *Lin. S. N. gen. 253. ſp. 53. Lin. faun. ſuec. n. 1819.*

La mouche à pointe du corcelet & bandes ſur le ventre de couleur jaune. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 514.*

Münzenſauger. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 964.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{3}$ lin.
alae $2\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{2}$ —

Larva aphidivora, viridis, ſubtomentoſa. Muſca flores frequentat.

910. MEL-

910. MELLINA, Honigfliege.

Muſca antennis ſetariis nuda; thorace ſubaeneo fuſceſcente immaculato; abdomine patibus aliquot macularum luteſcentium.

Muſca mellina. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 55.
Lin. faun. ſuec. n. 1821.
Scop. carn. n. 934.

La mouche à quatre points jaunes quarrés ſur le ventre. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 517.

Honigfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 964.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{3}{4}$ lin.
alae $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $\frac{2}{3}$ —

Habitat Larva inter aphides, muſca in floribus.

911. ICHNEUMONEA, Schlupffliege.

Muſca antennis ſetariis elongatis cylindricis, nigra; thorace cinereo: nigro ſtriato maculatoque; pedibus elongatis ferrugineis.

Muſca ichneumonea. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 42.
Lin. faun. ſuec. n. 1809.

Schlupfweſpe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 961.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
alae 4 —
Latitudo abdominis $\frac{1}{3}$ —

Habitat in floribus.

Deſcr. Nigra, nuda, frons argentea. Antennae elongatae cylindricae, latere ſetigerae. Thorax cinereus, lineis duabus approximatis longitudinalibus,

punctisque totidem atris nitentibus. Abdomen longum tenue, nigrum. Pedes ferruginei toti, longi. Alae hyalinae.

912. MURINA, Mausfärbigte Fliege.

Musca murina antennis setariis, tomentosa grisea; thorace lineis tribus nigris; alis fusco maculatis. *Beytr. zur Nat. p.* 95. §. 65.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$4\frac{1}{2}$ lin.
alae	5 —
Latitudo abdominis	$1\frac{1}{2}$ —

Habitat Lincii.

913. CRASSIPES, Dickfüßige Fliege.

Musca antennis setariis, tomentosa nigra, abdominis basi ferruginea; femoribus posticis crassioribus muticis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	6 lin.
alae	5 —
Latitudo abdominis	$1\frac{1}{2}$ —

Descr. Nigra tomentosa; antennarum extremus articulus pattelliformis; frons flavescens. Abdominis primum segmentum ferrugineum, qui color & secundi segmenti latera ad basin afficit; apex segmentorum omnium ferrugineus, sed fascia tenuissima; femora lateribus ferruginea, coetera fusca; femora postica crassa. Alae hyalinae, lineola (ex venis) transversa fusca; unam alteri ita imponit, ac si unica esset.

Habitat Lincii.

914. SEGNIS, Träge Fliege.

Musca antennis setariis glabriuscula, thorace subaeneo, abdomine ferrugineo, basi

baſi apiceque nigro; femoribus poſticis clavatis, ſubtus longitudinaliter ſpinoſis.

Muſca ſegnis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 57. *Lin. faun. ſuec. n.* 1823.

La mouche dorée à ventre brune et noir. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 526.

Faulenzer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 965.

Menſurae.

	α;	β;	γ.
Long. a cap. ad an.	6;	$5\frac{1}{2}$;	5 lin.
alae	4;	$3\frac{2}{3}$;	3 —
Latitudo abdominis	1;	1;	1 —

Habitat in nemoribus.

In omnibus meis ſpeciminibus baſis abdominis nigra; femora poſtica ſubtus longitudinaliter ſpinoſa; thorax ſubtili tomento tectus.

915. Pipiens, Singfliege.

Muſca *pipiens*, antennis ſetariis, glabra nigra; abdomine utrinque albo flavove maculato; femoribus poſticis clavatis dentatis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 56. *Lin. faun. ſuec. n.* 1822.

Conops pipiens. *Scop. carn. n.* 969.

La mouche à groſſes cuiſſes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 519.

Singfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 964.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae 3 —
Latitudo abdominis $\frac{3}{4}$ —

Florilega.

916. Fusca, Braune Fliege.

Musca antennis setariis, tomentosa nigra; tibiarum basi antennisque fulvo-fuscis.

Conops fuscus. *Scop. carn. n.* 961.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.		$3\frac{1}{2}$ lin.
alae		4 —
Latitudo abdominis		$1\frac{1}{2}$ —

Descr. Tota nigra, nitens, leviter tomentosa, immaculata, nonnihil aeneo nitens; antennae apice patellatae rubrae; tibiae basi rufae.

Habitat in floribus.

917. Bifasciata, Zweygürtelige Fliege.

Musca *bifasciata*, antennis setariis, laevis, nigra; abdomine cingulis duobus, pedibusque anticis quatuor flavis. *Beytr. zur Nat. p.* 95. §. 66.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.		$2\frac{1}{2}$ lin.
alae		2 —
Latit. abdominis	in basi	$\frac{1}{4}$ —
	in medio	$\frac{1}{2}$ —

Habitat Lincii.

918. Larvata, Maskenfliege.

Musca antennis setariis, testaceo-argentea, ore larvato niveo inflato.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.		$3\frac{1}{2}$ lin.
alae		3 —
Latitudo abdominis		1 —

Descr. Caput inflatum niveum; reliquum corpus totum testaceum tomentosum, tomento nigro, alioque sed breviori argenteo intermixto, unde abdomen

men argenteis maculis ſtriisque, ſed tranſeuntibus, nitet. Pedes annulis nigris cinguntur. Alae fuſcae maculis hyalinis variegantur.

Habitat Eberſpergae Auſtriae Superioris.

**** *Piloſae, plumatae.*

919. TRIFASCIATA, Dreygürtelige Fliege.

Muſca antennis plumatis, piloſa; thorace nigro; lineis duabus lateralibus apiceque flavis; abdomine flavo: cingulis tribus nigris.

Conops trifaſciatus. *Scop. carn. n.* 953.

Menſurae.		
Longit. a cap. ad an.	$7\frac{1}{2}$	lin.
alae	$6\frac{1}{4}$	—
Latitudo abdominis	$3\frac{1}{2}$	—

Habitat paſſim.

920. PELLUCENS, Durchleuchtende Fliege.

Muſca *pellucens*, antennis plumatis, piloſa nigra: ſegmento primo albo pellucido.

Lin. S. N. gen. 253. *ſp.* 62.
Lin. faun. ſuec. n. 1886.

Conops dryaphilus. *Scop. carn. n.* 957.

La voluccelle à ventre blanc en devant. *Geoffr. Parÿ. part.* 2. *p.* 540.

Durchleucht. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 966.

Menſurae.		
Longit. a cap. ad an.	7	lin.
alae	6	—
Latitudo abdominis	4	—

Habitat Lincii.

921. Zonaria, Gürtelfliege.

Muſca antennis plumatis, ſubpiloſa, abdomine flavo: cingulis nigris ſupra binis: ſubtus tribus.

Conops biſaſciatus. *Scop. carn. n.* 954.

Conops zonarius. *Pod. mus. graec. p.* 118.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		$9\frac{1}{2}$ lin.
alae		4 —
Latitudo abdominis		8 —

Habitat Viennae.

922. Meridiana, Mittagfliege.

Muſca nigerrima, fronte aurea; alis baſi luteo ferrugineis.

Muſca meridiana. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 63. *Lin. faun. ſuec. n.* 1827. *Scop. carn. n.* 867.

Mittagfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 966.

Vidi tantum plantae inſidentem.

923. Caesar, Kaiſerfliege.

Muſca antennis plumatis, piloſa, viridi-nitens, pedibus nigris; maior.

Muſca Caeſar. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 64. *Lin. faun. ſuec. n.* 1828. *Scop. carn. n.* 871. *Pod. mus. graec. p.* 115.

Kaiſer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 966.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		$3\frac{1}{2}$ lin.
alae		$3\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis		$1\frac{2}{3}$ —

Habitat in cadaveribus.

924. Cae-

924. CAESARINA, Kaiſerfliegenähnliche Fliege.

Muſca antennis plumatis, piloſa, viridi-nitens, pedibus nigris; minor.
Muſca caeſarina. *Scop. carn. n.* 873.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
alae 2 —
Latitudo abdominis 1 —

Per omnia ſimillima Muſcae *Caeſari*, niſi quod conſtanter minor, minus ſetoſa, ac magis in coeruleum colorem inclinans. Synonymon, quod Ill. a LINNE laudavit ad Muſcam *Caeſarem* ex GEOFFROY, & huic convenit, cum ejus menſurae inter utramque ambigant.

Habitat ad ſterquilinia.

925. CADAVERINA, Aasfliege.

Muſca *cadaverina*, antennis plumatis, piloſa, aeneo-nitens; thorace coeruleo, abdomine viridi. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 65. *Lin. faun. ſuec. n.* 1829.
La mouche dorée à corcelet bleu et ventre vert. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 524.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
alae $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{3}$ —

Simillima duabus prioribus, ſi colorem demas.
Habitat in cadaveribus; ſtercore etiam humano.

926. VOMITORIA, Brechfliege.

Muſca *vomitoria*, antennis plumatis, piloſa; thorace nigro, abdomine coeruleo nitente. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 67. *Lin. faun. ſuec. n.* 1331.

Muſca carnaria. *Scop. carn. n.* 868.
La mouche bleue de la viande. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 525.
Brechfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 967.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae $3\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{5}$ —

Habitat ad cadavera; in macellis; penu cibaria; ſylvis.

927. Carnaria, Schmeißfliege.

Muſca *carnaria*, antennis plumatis, piloſa, nigra; thorace lineis pallidioribus, abdomine nitidius teſſellato; major.
Muſca carnaria. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 68.
Lin. faun. ſuec. n. 1832.
Pod. mus. graec. p. 115.
Muſca variegata. *Scop. carn. n.* 869.
La grande mouche à l'extremité du ventre rougeâtre. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 528.
Schmeißfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 967.
Friſch Inſ. Deut. part. 7. *p.* 21.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{3}$ —

Habitat cum priori.

928. Domeſtica, Stubenfliege.

Muſca antennis plumatis, piloſa, nigra; thorace lineis pallidioribus, abdomine nitidulo teſſellato; minor.
Muſca domeſtica. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 69.
Lin. faun. ſuec. n. 1833.
Pod. mus. graec. p. 115.
Scop. carn. n. 872.

La

La mouche commune. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 528.*

Stubenfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 967.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
alae $2\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis 1 —

Habitat paſſim ad pagos.

929. TUGURIORUM, *Hüttenfliege.*

Muſca antennis plumatis piloſa, cinerea; antennis, palpis, ſcutello, pedibusque ferrugineis.

Muſca tuguriorum. *Scop. carn. n. 876.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Antennarum plumulam non vidi, ſed nec ſetam; hinc fide Cl. SCOPOLI huc refero. Tota cinerea; abdomen pallidius teſſellato nitens. Antennae rufae, uti & palpi. Antennae cranio non inſident, ſed ſubter illud proſtant, baſique labii ſuperioris incumbunt. Oculi brunnei; thorax cinereus, nonnihil lineatus; halterum ſquamma alba; ſcutellum rufum, apice punctis binis atris, ad lentem in conſpectum ſubeuntibus. Pedes rufi, femora antica tota, & media ad baſin nigra.

Lecta Viennae.

930. MELANURA, *Schwarzafterige Fliege.*

Muſca *melanura*, antennis plumatis, piloſa, cinerea; ano nigro, pedibus ferrugineis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{3}$ lin.
alae $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{2}$ —

Habitat Lincii.

931. Tau, Tauſliege.

Muſca antennis plumatis, piloſa, nigra; abdomine pallide ferrugineo: baſi lineaque media nigris.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{4}$ lin.
alae $2\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis 1 —

Deſcr. Nigra, piloſa; *nobilis;* abdominis primum ſegmentum ſupra atrum, ſubtus & reliqua ſegmenta utrinque pallide ferruginea. A nigredine baſeos per medium abdomen usque ad anum decurrit linea atra, quae cum ipſa baſi formam Tau latini effingit.

Habitat Lincii.

932. Deceptoria, Betrügliche Fliege.

Muſca antennis plumatis, piloſa, cinerea; pedibus rufis; abdomine cinereo-ferrugineo, linea dorſali nigra.

Muſca deceptoria. *Scop. carn. n.* 884.
Pod. mus. graec. p. 116.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{4}{5}$ lin.
alae $4\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{2}$ —

Habitat in Auſtria.

***** *Piloſae, ſetariae.*

933. APIFORMIS, Hummelartige Fliege.

Muſca antennis ſetariis hirſuta nigra; thoracis baſi, cinguloque abdominis flavo ano albido.

Pupa fuſceſcens, fuliginoſa, gibba. Ad capitis regionem corpora duo verrucciformia, fors vaginae verruccarum totidem in declarato inſecto in baſi thoracis ſub hirſutie latentium. In dorſo macula alba furcata. Abdominis apex ſubaculeatus, prominente cuſpide vaginis duabus incluſa, quarum ſuperior nihil aliud, quam continuatio pellis pupae eſt, inferior vero cornu colore nitet. Corpus totum ſubtus ſubcomplanatum, cum veſtigio trium parium pedum.

Habitat Pupa in carie arborum emortuarum.

Thermometro Reaumuriano habente gradum caloris 15. tertia Maji, obtinui ex hac Pupa

Inſectum declaratum; huic antennae ſetariae; alae cruciformiter incumbentes, uti in apibus, poſt mortem tamen parallelae evadunt. Corpus totum valde hirſutum, ut in apibus bombinatricibus, praeſertim vero Api hortorum habitu ita accedit, ut repetitis vicibus linguam & poſterius alarum par inquirerem, mihi diu non perſuadeus in diverſiſſimis generibus tantam obtinere poſſe ſimilitudinem. Nigra tota; frons alba; faſcia in baſi thoracis, & alia per medium abdominis flavae; abdominis apex albet. Abdomen muſca gerit deflexum, in cujus baſi, ſeu ſegmento primo utrinque foveola parva ex cujus centro peculiaris faſcis villorum oritur. Alae hyalinae, medio umbra fuſceſcente. Abdomen ſubtus glabrum.

Menſurae Pupae.

Longit. a cap. ad vagin. mucronis ext.	4 lin.
mucronis	$1\frac{1}{2}$ —
vaginae exterioris	$\frac{1}{2}$ —
interioris	1 —
Latitudo Pupae	2 —

Menſurae Muſcae.

Longitudo a cap. ad an.	7 lin.
alae	5 —
Latitudo Maxima	3 —

Lecta Viennae.

934. FERA, Rothbauchigte Fliege.

Muſca *fera*, antennis ſetariis, piloſa nigra; abdominis lateribus teſtaceis diaphanis.
Lin. S. N. gen. 253. *ſp.* 74.
Lin. faun. ſuec. n. 1836.

Wildfang. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 964.

Menſurae.

Longit. a cap. ad an.	6 lin.
alae	$4\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis	$2\frac{1}{2}$ —

Habitat ruri.

935. ARGYROSTOMA, Silberköpfigte Fliege.

Muſca antennis ſetariis, piloſa nigra; fronte faſciisque abdominis argenteis.

Menſurae.

Longit. a cap. ad an.	6 lin.
alae	4 —
abdominis	$3\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis	$2\frac{1}{2}$ —

Deſcr.

Deſcr. Subtus atra, carbonis inſtar, non nitens; ſupra atra, nitens; thorax lineis aliquot longitudinalibus minus atris. Frons, & ſi adcurate intuearis, caput totum argenteum. Oculi rubeſcenti-nigri, & in collo tomentum ferrugineum. Antennae fuſcae, rubeſcentes, magis, quam oculi. Abdomen oblongum, faſciis tribus tenuibus argenteis, quae baſes ſecundi, tertii, & quarti ſegmentorum occupant. Muſca utcunque piloſa; alae hyalinae, ſitu muſcarum *nobilium* Cl. Scopoli.

Habitat Viennae.

936. Grossa, Fliegenrieſe, Rieſenfliege.

Muſca *groſſa*, antennis ſetariis, piloſa nigra; alis baſi ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 75.

Lin. faun. ſuec. n. 1837.

La mouche noire à baſe des aîles jaune. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 495.

Fliegenrieſe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 968.

Obſ. Nomen Germanicum convenit ei quidem, quam Linnaeus deſcripſit, non illis tamen, quas Illuſtris Geoffroy & nos vidimus; ſed mutandum non putavimus, cum nomen genericum, cum addito qualicunque triviali nomine, contineat. Singularis haec ſpecies fronte in conum obtuſum producta, cujus baſi inſident antennae.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{6}$ —

Habitat Larva in ſtercore armentorum: muſca in campis, ubi paſcuntur.

937. Larvarum, Raupenfliege.

Varietas ε.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae $3\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{4}$ —

Deſcr. Tota nigra; labium argenteum, ſcutellum ſordide ferrugineum, linea longitudinali ſaturatiore. Abdomen cinereo-teſſellatum; ſegmento primo & ſecundo in latere fuſco teſtaceis. Coetera, ut apud Ill. LINNAEUM.

Habitat in larvis Lepidopterorum; meam obtinui ex larva Sphingis *filipendulae*. Fortaſſe non omnes Muſcae *Larvarum* unius ſpeciei varietates ſunt. Res digna examine.

938. CANICULARIS, Hundstagfliege.

Muſca antennis ſetariis, piloſa, nigricans; ſegmentorum anticorum lateribus teſtaceo-diaphanis.

Muſca canicularis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 80. *Lin. faun. ſuec. n.* 1841.

Hundstagfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V.* p. 970.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
alae $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Nigra, piloſa. Frons & os argentea; oculi brunei. Abdomen oblongum, baſi ſupra nigrum, tum teſtaceum in medio longitudinaliter nigro-diviſum; ſegmentum tertium cum reliquis nigrum.

Varietas: omnia, ut in priore; ſed in thorace ex cinereo-coeruleo lineae duae nigrae. Segmenta abdominis prima tria lateribus teſtacea, dorſo toto, & ſubtus linea longitudinali nigris; color teſtaceus certa lucis incidentia argenteo eleganter variat.

Habitat ruri.

939. PLU-

939. Pluvialis, Regenfliege.

Muſca *pluvialis*, antennis ſetariis, piloſa cinerea; thorace maculis quinque nigris; abdomine maculis tridentatis obſoletis.
Lin. S. N. gen. 253. *ſp.* 83.
Lin. faun. ſuec. n. 1844.

Muſca pluvialis. *Scop. carn. n.* 891.

La mouche cendrée à points noirs. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 529.

Regenfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 971.

Menſurae. Longit. a cap ad an. 3 lin.
alae $2\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{2}{3}$ —

Habitat paſſim ruri; arborum corticibus frequenter inſidet.

940. Subsultans, Hüpfende Fliege.

Muſca *ſubſultans*, antennis ſetariis, piloſa nigra; alis albis, femoribus poſticis ſaltatoriis.

Muſca ſubſultans. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 84.

Hüpfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 971.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
alae 1 —
Latitudo abdominis $\frac{1}{3}$ —

Habitat ruri.

941. Roralis, Thaufliege.

Muſca antennis ſetariis, piloſa, tota atra; alis nigris.

Muſca

Muſca roralis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 85.
Lin. faun. ſuec. n. 1846.
Scop. carn. n. 890.
La mouche toute noire. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 532.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	2 lin.
alae	$1\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis	$\frac{1}{3}$ —

Habitat paſſim ſolitaria; etiam domos intrat.

942. SERRATA, Sägeflüglichte Fliege.

Muſca *ferrata*, antennis ſetariis, piloſa fuſca; alarum coſta pilis breviſſimis ſerrata; abdomine pedibusque ferrugineis.
Lin. S. N. gen. 253. *ſp.* 86.
Lin. faun. ſuec. n. 1847.
Sägeflügel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 972.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	2 lin.
alae	$2\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis	$\frac{1}{2}$ —

Habitat in locis conſpurcatis.

943. METEORICA, Gewitterfliege.

Muſca piloſa nigra; ſeta antennarum thorace longiore.
Muſca meteorica. LINNAEI?

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	1 lin. fere.
alae	$\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis	$\frac{1}{4}$ —

Deſcr. Fors Muſca *meteorica* LINNAEI haud eſt, abludit certe ab illa in non paucis. Tota atra, etiam oculis; parum piloſa; abdomen ovatum, modice rufe-

rufeſcens; alae hyalinae parallelae. Antennarum pilus lateralis thorace longior, eſtque ſeta tenuiſſima, filiformis, albida.

Habitat in feneſtris.

944. CUPRARIA, Kupferfliege.

Muſca *cuprariа*, antennis ſetariis, glabra aenea; thorace viridi, abdomine cupreo oblongo; halteribus nudis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 92.

Lin. faun. ſuec. n. 1853.

Muſca cupraria. *Scop. carn. n.* 911.

Pod. mus. graec. p. 115.

La mouche dorée à tache brune ſur les ailes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 526.

Kupferbauch. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 973.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	5 lin.
alae	$4\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis	$1\frac{1}{8}$ —

Habitat in hortis, flores foliaque plantarum viſitans, Volatus Sphingis.

945. CUCULARIA, Guckgucksfliege.

Muſca antennis ſetariis, piloſa; thorace cinereo, abdomine pedibusque ferrugineis.

Muſca cucularia. *Lin.* S. *N. gen.* 253. *ſp.* 103.

Guckgucksfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 975.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{3}$ lin.
alae	$2\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis	$\frac{2}{3}$ —

Descr. Caput, pedes, abdomen attenuatum, rufa; thorax cinereus; oculi brunei. Alae subhyalinae.

Habitat in hortis & arvis.

946. PETRONELLA, Waſſertretende Fliege.

Muſca *petronella*, antennis ſetariis, piloſa, glabra, livida; cauda incurvata; pedibus elongatis, *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 96. *Lin. faun. ſuec. n.* 1858.

Waſſerläufer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 974.

Menſurae.

Longitudo a cap. ad curvaturam caudae	3	lin.
pedum poſticorum	$5\frac{1}{2}$	—
anticorum	$4\frac{2}{3}$	—
alae	3	—
Latitudo non attingit	$\frac{1}{2}$	—

Descr. Fere nigra; pedes pallidiſſime teſtacei, ſed genua, exceptis anticis, nigra; oculi rubri; frons ſupra antennas ferruginea, coeterum alba; abdomen verſus apicem ſubtus album, uti & partes ſexuales, quae in hac ſpecie proſtant. Alae ſine puncto.

Habitat ad aquas.

947. UNGULATA, Klauenfüßige Fliege.

Muſca antennis ſetariis piloſa, viridi nitens, cauda inflexa, pedibus pallidis.

Muſca ungulata. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 97. *Lin. faun. ſuec. n.* 1858.

Klauenfuß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 974.

Men-

Menſurae.

Longitudo a cap. ad flexuram caudae	3 lin.
alae	$2\frac{1}{2}$ —
pedis antici	3 —
poſtici	$3\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis	$\frac{2}{3}$ —

Cauda inflexa terminatur ſquammis duabus intus connexis, albis.

Sexus alter abdomine non inflexo & ſine ſquammis.

948. ARROGANS, Stolze Fliege.

Muſca *arrogans*, antennis ſetariis, nigra; alis fuſcis, faſciis tribus albis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 99.

Lin. faun. ſuec. n. 1857.

Wagehals. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 975.

Menſurae.	Longit. a cap. ad an.	1 lin.
	alae	$\frac{3}{4}$ —
	Latitudo abdominis	$\frac{1}{5}$ —

Femora in meis ſpeciminibus nigra; reliquus pes pallide flaveſcens.

Habitat in Auſtria.

949. CORRIGIOLATA, Geringelte Fliege.

Muſca *corrigiolata*, antennis ſetariis, nigra, pedibus elongatis luteis; femoribus nigro annulo. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 100.

Schenkelringel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 975.

Menſurae.	Longit. a cap. ad an.	3 lin.
	alae	$1\frac{1}{2}$ —
	pedis poſtici	$3\frac{1}{6}$ —
	Latitudo abdominis	$\frac{1}{6}$ —

Habitat in aquis ſtagnantibus ſuper lemnam.

950. SCYBALARIA, Kothfliege.

Muſca *ſcybalaria*, antennis ſetariis, piloſa, rufoferruginea, hirta, alis puncto obſcuriore. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 104. *Lin. faun. ſuec. n.* 1860.

Muſca ſcybalaria. *Scop. carn. n.* 896.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	3 lin.
alae	$3\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis	1 —

Credo hanc a Muſca *Stercoraria* non niſi, & fors ne ſexu quidem differre; certe ita variat haec ſpecies, ut inter utramque limites non inveniam.

Habitat in omni ſtercore gregaria.

951. FIMETARIA, Miſtfliege.

Muſca antennis ſubplumatis, piloſa, flavoteſtacea, glabrata; oculis bruneis.

Muſca fimetaria. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 106. *Lin. faun. ſuec. n.* 1862.

Muſca rufa. *Scop. carn. n.* 897.

Miſtfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 106.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	4 lin.
alae	$3\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis	$\frac{1}{2}$ —

Habitat in ſtercoratis.

952. PARIETINA, Wandfliege.

Muſca antennis ſetariis; alis fuſcis: albo punctatis; fronte rufa.

Muſca parietina. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 107. *Lin. faun. ſuec. n.* 1863. *Pod. mus. graec. p.* 116.

La

La mouche à aîles marbrées. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 501.*

Wandfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 976.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		3 lin.
	alae	$2\frac{1}{2}$ —
	Latitudo abdominis	$\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Antennae fulvae; os album inflatiuſculum; frons rubens, punctis nigris quibusdam, oculi nigri. Thorax cinereus, lineis tribus rubentibus. Abdomen cinereum. Pedes elongati, pallide ferruginei. Alae fuſcae, margine exteriore magis fuſco, maculis albidis in ſeries fere longitudinales diſpoſitis alam occupantibus.

Habitat in hortis.

953. Fulviventris, Gelbbauchigte Fliege.

Muſca antennis ſetariis, nigreſcens; abdomine ſubtus flavo-tomentoſo; alis fuſcis albo-punctatis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.		3 lin.
	alae	$2\frac{1}{2}$ —
	Latitudo abdominis	1 —

Deſcr. Cinerea, nigreſcens. Oculi pedesque atri, uti & abdominis apex ſubtus. Reliquum abdomen ſubtus tomento fulvo denſo tectum. Alae fuliginoſae, punctis innumeris albis ſparſae, quae ad marginem interiorem minora evadunt, margine tamen exteriore & apice majuſcula ſunt. Faſciae duae obſcuriores in utraque ala, obſcuritate ex ſolo macularum defectu ortum ducente. Oculorum circumferentia, nec frons, argentea. Roſtrum craſſum.

An muſca *umbrarum* Linnaei?

Habitat Viennae.

954. Grossificationis, Frühlingsfliege.

Musca *grossificationis*, antennis setariis, alis nigris: apice albis. *Lin. S. N. gen.* 253. *sp.* 109.

Lin. faun. suec. n. 1865.

La mouche à ailes noires et tache blanche à l'extremité. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 493.

Frühlingsfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 976.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
alae 2 —
Latitudo abdominis $\frac{1}{3}$ —

Habitat passim, sed rariuscula; tarda.

955. Vibrans, Zitterfliege.

Musca *vibrans*, antennis setariis, pilosa; alis hyalinis: apice nigro; capite rufo. *Lin. S. N. gen.* 253. *sp.* 112.

Lin. faun. suec. n. 1867.

Musca vibrans. *Scop. carn. n.* 939.

La mouche à ailes vibrantes ponctuées. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 494.

Triller. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 976.

Mensuras non pono, cum magnitudine mirum in modum variet; nunquam tamen attingit Muscae *carnariae* staturam. Occurrit etiam sine ulla nigredine in alis.

Habitat passim in hortis; nunquam occurrit in locis minime stercoratis, at in his copiosa; hinc forte larva in fimetis degit.

956. Cynipsea, Gallenfliege.

Musca *cynipsea*, antennis setariis, alis ad apicem marginis exterioris puncto nigro.

Musca

Muſca cynipſea. *Lin. S. N. gen.* 253 *ſp.* 113.
Lin. faun. ſuec. n. 1868.
Scop. carn. n. 947.
Gallenfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 977.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
alae 1 —
Latitudo abdominis $\frac{1}{4}$ —

Facile primo obtutu cum priore confunditur, licet omnino diverſa.

Habitat in plantis.

957. Flava, Grünaugigte Fliege.

Muſca antennis ſetariis, flava, nuda; alis albis; oculis viridibus; femoribus omnibus ſimplicibus.

Muſca flava. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 115.
Lin. faun. ſuec. n. 1869.
Mouche jaune aux yeux noirs. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 537.
Grünauge. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 978.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin.
alae $1\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{2}$ —

Viror oculorum morte mutatur in nigrum colorem.

Habitat in plantis, rarior.

958 Clavicrus, Kolbentragende Fliege.

Muſca antennis ſetariis, flava, nuda; oculis viridibus; femoribus poſticis clavatis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{2}{3}$ lin.
alae $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{3}$ —

Descr. Antennis setariis, flava; oculis viridibus post mortem nigris. In thorace lineae tres longitudinales testaceo-fuscae; in abdomine fasciae tres ejusdem coloris. Femora postica crassa.

Habitat Viennae; lecta in Pratter medio Julii.

959. Arnicae, Wolferleyfliege.

Musca *arnicae*, antennis setariis, alis unguiculatis griseis nigro-maculatis. *Lin. S. N. gen.* 253. *sp.* 119.
Lin. faun. suec. n. 1872.

Musca arnicae. *Scop. carn. n.* 941.

Der Wolferley. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 979.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	2 lin.
	alae	2 —
	Latitudo abdominis	½ —

Habitat in Arnica. Lin. sed non sola. A me lecta Lincii, ubi in tota vicinia ad semialterum miliare Arnica non crescit. In Frauenau, ad Zwisel, inferioris Bavariae loca subalpina, nunquam conspecta, etsi Arnica ibi crescat frequentissima.

960. Hyoscyami, Bilsenkrautfliege.

Musca *hyoscyami*, antennis setariis, alis unguiculatis albis: nigromaculatis. *Lin. S. N. gen.* 253. *sp.* 120
Lin. faun. suec. n. 1873.

Bilsenkrautfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 979.

Mensurae.	Longit. a cap. ad an.	2 lin.
	alae	1⅔ —
	Latitudo abdominis	½ —

Descr.

Deſcr. Frons pallida, ſeu albida; antennae teſtaceae; pedes ferruginei; oculi a morte nigri, in viva virides. Reliquum corpus cinereum; alae nudo oculo inſpectae videntur albae, nigropunctatae, maculisque duabus ſaturatioribus ad marginem exteriorem inſignes; Lynceo inſpectae fuſcae ſunt, baſi, punctisque orbicularibus ſparſis, albis; ad medium marginis exterioris unguiculus.

Habitat Lincii; ad Dornbach; alibi.

961. GERMINATIONIS, Märzfliege.

Muſca *germinationis*, antennis ſetariis; alis albis: margine maculisque nigris. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 122.

Lin. faun. ſuec. n. 1874.

Muſca germinationis. *Scop. carn. n.* 940.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin.
alae $1\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{4}$ —

Deſcr. Frons & os albida; vertex & antennae rufae; oculi nigri; thorax ferrugineus; abdomen nigrum; pectus cum pedibus pallidum. Alae hyalinae, non unguiculatae, margine externo ac poſtico fuſcis; in diſco puncta duo transverſim oblonga, fuſca; Lynceo inſpecti nervi alarum omnes fuſcam habent penumbram.

962. QUINQUEPUNCTATA, Fünfpunctirte Fliege.

Muſca antennis ſetariis, cinerea; ala punctis tribus ad marginem externum: uno ad apicem; uno ad internum.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
alae $2\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{2}$ —

Habitat in urtica *dioica.*

963. PUNCTATA, Vierfachpunctirte Fliege.

Muſca antennis ſetariis, flava; thorace abdomineque lineis quatuor punctorum nigrorum; alis albis: margine faſciisque tribus flavis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
alae 1⅔ —
Latitudo abdominis ⅓ —

Oculi virides a morte nigri fiunt. Muſca eſt *nobilis*.
Habitat Viennae.

964. POECILOPTERA, Buntgeflügelte Fliege.

Muſca *poeciloptera*, antennis ſetariis; alis rufo-fuſcis: albo variegatis. *Beyträg. zur Nat. p.* 96. §. 68.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2⅔ lin.
alae 2½ —
Latitudo abdominis ⅔ —

Habitat Lincii.

965. LINCENSIS, Linzeriſche Fliege.

Muſca *lincenſis*, antennis ſetariis, nigra; fronte rubra, alis hyalinis: marginis maculis, anaſtomoſibusque duabus fuſcis. *Beytr. zur Nat. p.* 96. §. 67.

La mouche à taches brunes ſur le bord de l'aîle et point noir au milieu. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 504.

Menſurae. Longit. a cap ad an. 2⅔ lin.
alae 2½ —
Latitudo abdominis ½ —

Habitat Lincii.

966. NA-

966. NASUTA, Langnaſigte Fliege.

Muſca antennis ſetariis; flava, thorace lineis ſubquinis, & abdomine faſciis quatuor nigris.

La mouche jaune a bandes noires. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 508.*

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $1\frac{1}{2}$ lin.
alae $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Caput flavum; ſupra antennas tubere conico prominente, ſub quo antennae clavatae, baſi ſeta armatae. Oculi fuſci; thorax flavus, lineis tribus longitudinalibus latiuſculis nigris, & utrinque ad apicem alia, ſed anguſtior & obliqua; in baſi thoracis, & ad lentem puncta duo fuſca. Scutellum flavum, uti & abdomen, quod faſciis quatuor nigris cingitur. Subtus omnia flava. Alae hyalinae; halteres lactei; pedes flavi, femoribus linea obliqua nigra.

Habitat in Brigittenau ad Viennam, ubi lecta 11. Maji.

967. LAMED, Lamedfliege.

Muſca antennis ſetariis; alis hyalinis: margine externo fuſco-variis: interno Lamed hebraeo fuſco inſcripto.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
alae $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{3}$ —

Deſcr. Caput album; oculi nigri; antennae teſtaceae; ſupra has ſquamma reflexa fulva. Thorax cinereus; medio lineae duae approximatae longitudinales nigrae. Abdomen cinereum. Pedes pallide teſtacei; alae hyalinae, margine externo obſcuriore, & praeterea maculis quatuor fuſcis latiuſculis variegato,

gato. Harum poſtrema excurrit usque ad apicem, aliique lineae jungitur, quae a baſi marginis tenuioris usque ad apicem forma Lamed hebraei (ל) excurrit.

968. Miliaria, Breyfliege.

Muſca antennis ſetariis, flava; oculis nigris, alis flavis: macula triplici, punctisque plurimis fuſcis inſcriptis.

La mouche à aîles jaunes chargées de points et de trois taches brunes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 498.

Deſcr. Flava, ſubpiloſa. Abdomen ſetis pluribus nigris, praeſertim ad apices ſegmentorum. Alae flaveſcentes, maculis quatuor nigris, quarum una ad apicem, duae in medio, & una, quae fere punctum, ad baſin marginis interioris. Lynceo inſpectae videntur alae obſitae maculis innumeris albis.

Habitat in Carduo, unde pulſa pertinaciter redit.

Lecta in Pratter 15. Julii.

969. Urticae, Neßelfliege.

Muſca *Urticae*, antennis ſetariis, alis hyalinis: puncto terminali, faſciisque tribus fuſcis diſtinctis. *Lin. S. N. gen.* 253. *ſp.* 123. *Lin. faun. ſuec. n.* 1875.

Neßelfliege. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 979.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$1\frac{1}{4}$	lin.
alae	1	—
Latitudo abdominis	$\frac{1}{4}$	—

Habitat in urticis.

970. An-

970. ANNULATA, Ringelfliege.

Muſca antennis ſetariis, piloſa; oculis violaceis: faſciis purpureis ſex; pedibus annulo albo.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$2\frac{1}{2}$ lin.
alae	$1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis	$\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Plebeja; nigra, nitida; caput intra oculos rubrum; ſcutellum rubro-aeneum ſeu cupreum; abdomen utrinque ſubtus rubens. Pedum omnium tarſi baſi annulo albo. Faſciae oculorum in morte pereunt.

Habitat in plateis ad domorum pedes.

Lecta Viennae.

971. MERULINA, Droßelfliege.

Muſca antennis ſetariis, atra, nitens; oculis rubris, alis hyalinis immaculatis.
Muſca merulina. *Scop. carn. n.* 928.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	2 lin.
alae	2 —
Latitudo abdominis	$\frac{1}{2}$ —

Habitat Viennae.

972. METICULOSA, Furchtſame Fliege.

Muſca antennis ſetariis, nigra, nitens, tibiis rufis, faſcia nigra, poſticis curvis. *Scop. carn. n.* 927.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	2 lin.
alae	$1\frac{3}{4}$ —
Latitudo abdominis	$\frac{1}{3}$ —

Deſcr.

Descr. Setaria, pilosa, nitidissima, nigra, abdomine oblongo. Alae incumbentes. Nigerrima; sed *albi* halteres & unguium pulvilli; *hyalinae* alae, venis fuscis, quarum extima e duabus composita, saturatius colorata. *Ferruginea*: os, antennae, pedes; sed femora postica & omnes tarsi fusci; tibiae omnes fascia lata nigra, non tamen integra, nisi in posticis.

Lecta Viennae 11. April. 1775. coelo frigidissimo, sed sereno.

973. Resinellae, Kienmottenfliege.

Musca antennis setariis, nigra; halterum squamma ferruginea; abdomine cingulis duobus albis tenuibus.

Fliege aus der Kienspressenmotte. *Beytr. zur Nat. p.* 42. §. 1.

Habitat in Phalaenea Tinea *Resinella.*

TABANUS, Viehbreme.

974. Bovinus, Ochsenbreme.

Tabanus *bovinus*, oculis virescentibus; abdominis dorso maculis albis trigonis longitudinalibus. *Lin. S. N. gen.* 254. *sp.* 4.

Lin. faun. suec. n. 1882.

Tabanus bovinus. *Pod. mus. graec. p.* 117. *Scop. carn. n.* 1006.

Le taon à ventre jaunâtre et taches triangulaires blanches. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 458.

Ochsenbreme. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 984.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 9 lin.
alae 7 —
Latitudo abdominis $3\frac{1}{4}$ —

Habitat paſſim in pratis.

975. Tropicus, Pferdebreme.

Tabanus *tropicus*, oculis faſciis ternis fuſcis; abdominis lateribus ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 254. *ſp.* 14.
Lin. faun. ſuec. n. 1886.
Tabanus tropicus. *Scop. carn. n.* 1008.
Regenbeuter. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 986.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
alae $5\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{7}$ —

Habitat in pratis.

976. Rusticus, Dorfbreme.

Tabanus oculis glaucis, corpore cinereo: pilo flavo pubeſcente.
Tabanus ruſticus. *Lin. S. N. gen.* 254. *ſp.* 11.
Dorfbreme. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 986.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $6\frac{1}{2}$ lin.
alae $5\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis 2 —

Deſcr. Totus ex tomento denſo flaveſcens; oculi demortui rufo-brunei. Antennae fulvae; pedes teſtacei, plantae nigrae; alae hyalinae, margine exteriore flaveſcenti.

Habitat in Bulgarn, in ſylvis. Aeſtivo tempore defatigatos, ſudoreque diffluentes acerrime perſequens.

977. Al-

977. Albipes, Weißfüßigte Breme.

Tabanus oculis fasciis quatuor, tomentosus; abdomine cingulo atro, tibiis albis.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
alae $4\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{3}$ —

Descr. Totus tomentosus. Frons albens; rostrum antennaeque nigrae; tarsi & femora maximam partem cinerea; tibiae ex tomento albae. Thorax & pectus tomento flavescente teguntur, uti & lata abdominis basis, & anus, sed medium nigrum.

Habitat in Bulgaria.

978. Pluvialis, Regenbreme.

Tabanus oculis fasciis quaternis undatis; thorace punctis duobus albis; alis fuscis: lineis punctisque albis variegatis.

Tabanus pluvialis. *Lin. S. N. gen.* 254. *sp.* 16.
Lin. faun. suec. n. 1887.
Scop. carn. n. 1012.
Pod. mus. graec. p. 117.

Le taon a aîles brunes piquées de blanc. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 461.

Regenbreme. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 987.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
alae 4 —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{3}$ —

Habitat passim in herbidis.

979. Maritimus, Bunte Breme.

Tabanus cinereus, alis hyalinis: margine fasciaque lata nigris.

Taba-

Tabanus maritimus. *Scop. carn. n.* 1016.
Le taon à une ſeule bande noire panachée. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 464.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{2}$ lin.
alae $4\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{2}{3}$ —

Specioſiſſimus noſtratum: Aſilo *Morioni* ita ſimilis, ut fere ſolo roſtro differat.

Habitat in Bulgarn.

CULEX, Schnacke.

980. Pipiens, Singſchnacke.

Culex *pipiens*, cinereus; abdomine faſciis fuſcis octo. *Lin. S. N. gen.* 255. *ſp.* 1.
Lin. faun. ſuec. n. 1890.
Pod. mus. graec. p. 117.
Culex pipiens. *Scop. carn. n.* 1017.
Le couſin commun. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 579.
Singſchnacke. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 991.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{3}$ lin.
alae 2 —

Habitat paſſim.

981. Ciliaris, Rauhflügeligte Schnacke.

Culex *ciliaris*, fuſco-teſtaceus, alis ciliatis. *Lin. S. N. gen.* 255. *ſp.* 2.
Rauhflügel, *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 991.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 2 lin.
alae 2 —

Habitat Lincii.

982. BIFURCATUS, Doppelrüßligte Schnacke.

Culex *bifurcatus*, fuscus, roſtro bifurco. *Lin. S. N. gen.* 255. *ſp.* 3.
Lin. faun. ſuec. n. 1891.
Gabelſchnauze. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 992.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
vaginae roſtri $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Fuscus, ſeu ſuliginoſus, etiam antennis, & roſtri vagina, quae duplex, bifurca.

Lectus 22. Julii in Kagran.

983. VARIEGATUS, Scheckigte Schnacke.

Culex cinereus, pedibus albo nigroque variis.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
alae $2\frac{2}{3}$ —

Deſcr. Caput & halteres nigra; antennae ſimplices, pilis vix conſpicuis verticillatae. Thorax pilis ferrugineis brevibus. Pedes albo nigroque annulati. Abdomen cinereum. Alae extrorſum, verſus marginem exteriorem ferrugineſcentes, introrſum ciliatae.

Lectus 20. Maji, Viennae in Augarten.

984. ANNULATUS, Ringelgelſe.

Culex *annulatus*, niger; abdomine cingulis quinque albis; pedibus albo-annulatis. *Beytr. zur Nat. p.* 97. §. 69.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
alae 3 —

Habitat Lincii.

985. RE-

985. REPTANS, Kriechende Schnacke.

Culex *reptans*, niger, alis hyalinis, pedibus nigris: annulo albo. *Lin. S. N. gen.* 255. *sp.* 5.

Lin. faun. suec. n. 1893.

Kriecher. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 992.

Omni pulice minor.

Habitat frequens in pratis veniente rore. Ex morsu dolor non multo inferior illo, quem Culex *pipiens* excitat, &, si plaga frictione irritetur, tumor ruber.

EMPIS, Hüpfer.

986. STERCOREA, MistHüpfer.

Empis *stercorea*, antennis filatis; testacea; linea dorsali nigra. *Lin. S. N. gen.* 256. *sp.* 5.

Lin. faun. suec. n. 1899.

Asilus ferrugineus. *Scop. carn. n.* 989.

Mistwälzer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 995.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
alae $3\frac{2}{3}$ —

Habitat rarior.

987. PENNIPES, Gefiederter Hüpfer.

Empis *pennipes*, antennis filatis, nigra; pedibus posticis longis, alterius sexus pennatis. *Lin. S. N. gen.* 256. *sp.* 2.

Lin. faun. suec. n. 1896.

Asilus pennipes. *Scop. carn. n.* 994.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
alae 3 —

Habitat in floribus passim.

988. Crassipes, Dickfoliger Hüpfer.

Empis nigra; tarsorum omnium articulo longo crasso; alis albis: margine exteriore a medio ad apicem nigro.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 1 lin.
alae $1\frac{1}{4}$ —

Habitat ruri.

CONOPS, Stechfliege.

989. Rostrata, Kegelschnabelstechfliege.

Conops antennis setariis, nigra; abdomine ovato fulvo laevi; rostro conico.
Conops rostrata. *Lin. S. N. gen.* 257. *sp.* 1.
Kegelschnabelstecher. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 996.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
alae $3\frac{1}{3}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{2}$ —

Habitat valde solitaria; mihi non alibi, quam in floribus obvia fuit.

990. Calcitrans, Wadenstecher.

Conops *calcitrans*, antennis subplumatis, cinerea, glabra ovata. *Lin. S. N. gen.* 257. *sp.* 2.
Lin. faun. suec. n. 1900.
Empis calcitrans. *Scop. carn. n.* 1001.
Le Stomoxe. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 539.
Wadenstecher. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 997.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{2}{3}$ lin.
alae $2\frac{3}{4}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{4}$ —

Ruri,

Ruri, & ad ſtabula vulgatiſſima; ſimilitudine ſua calumniam & ſaepe mortem muſcae *domeſticae* cauſans, cui, demto roſtro, ſimillima.

ASILUS, Raubfliege.

991. GILVUS, Rothrückigte Raubfliege.

Aſilus *gilvus*, abdomine pubeſcente nigro; ſupra fuſo. *Lin. S. N. gen.* 258. *ſp.* 9. *Lin. faun. ſuec. n.* 1912.
Aſilus gilvus. *Pod. mus. graec. p.* 119.
Erax ferox. *Scop. carn. n.* 977.
L'aſile noir à tache fauve ſur le ventre. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 468.
Rothrücken. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1004.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 10 lin.
alae $\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis 2 —

Habitat in ſylvis; arborum truncis adſidet parte aprica, ut fere congeneres.

Deſcr. Niger, ſubhirſutus; frons villo rufo; thorax in medio fere glaber, ad apicem villo rufeſcente tomentoſus. Dorſum abdominis tectum tomento fulvo. Pulvilli tarſorum fulvi.

992. CRABRONIFORMIS, Hornisartige Raubfliege.

Aſilus *crabroniformis*, abdomine tomentoſo, antice ſegmentis tribus nigris, poſtice flavo inflexo. *Lin. S. N. gen.* 258. *ſp.* 4. *Lin. faun. ſuec. n.* 1908.
Aſilus crabroniformis. *Pod. mus. graec. p.* 119.
Erax crabroniformis. *Scop. carn. n.* 974.
L'aſile brun à ventre à deux couleurs. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 468.

Die große Raubfliege mit dem gelben spitzigen Hinterleib. *Frisch Inf. Deut. part.* 3. *p.* 35. §. 19.
Straßenräuber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1002.

Mensurae. Longit. a cap ad an. 11 lin.
alae $7\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis 2 —

Habitat larva in terra; Asilus rarior.

993. ATER, Weißbartige Raubfliege.

Asilus *ater*, hirsutus, totus niger, barba albida. *Lin. S. N. gen.* 258. *sp.* 7.
Lin. faun. suec. n. 1910.
Asilus ater. *Pod. mus. graec. p.* 119.
Erax prostratus. *Scop. carn. n.* 973.
L'asile tout noir. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 469.
Weißbart. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1003.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 8 lin.
alae $5\frac{2}{3}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{2}$ —

Habitat frequens Viennnae in via regia; & alibi passim ruri.

994. TEUTONUS, Deutsche Raubfliege.

Asilus *Teutonus*, niger, thorace fugaci-aureo maculato; abdomine utrinque maculis quinque albis. *Lin. S. N. gen.* 258. *sp.* 11.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 10 lin.
alae 7 —
Latitudo abdominis $1\frac{3}{4}$ —

Descr. Glaber. Rostrum nigrum, frons aurea; antennae rufae; oculi atri; thorax ater, lineis tribus obscuriori-

rioribus, utrinque linea fugaci-aurea; ejusdem coloris utrinque ad latera pectoris sunt maculae duae (quarum prima major, minor posterior), & apophyses femorum omnium; femora ipsa & tibiae ferrugineo-rufi coloris, tarsi nigri; abdomen nigrum, utrinque maculis quinque argenteo-albis. Halteres ferruginei; alae, praesertim latere exteriori, ferrugineo colore tinctae.

Habitat in Austria superiori.

995. Oelandicus, Oeländische Raubfliege.

Asilus *oelandicus*, ater, nudus; alis nigris, pedibus halteribusque ferrugineis. *Lin. S. N. gen.* 258. *sp.* 15.

Lin. faun. suec. n. 1916.

L'asile noir lisse, à pattes et balanciers fauves, et aîles blanches veinées. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 470.

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	8 lin.
alae	$6\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis	$1\frac{1}{4}$ —

Habitat in pratis.

996. Aestivus, Sommerraubfliege.

Asilus cinereus, thorace lineis tribus, pedibusque nigris: tibiis testaceis.

Asilus aestivus. *Scop. carn. n.* 993. an?

Mensurae. Longit. a cap. ad an.	$6\frac{1}{2}$ lin.
alae	6 —
Latitudo abdominis	$\frac{1}{2}$ —

Descr. Esset omnino Asilus *Aestivus* Cl. Scopoli, nisi *pedes totos nigros* dixisset. Reliqua conveniunt. Color totius cinereus; femora, tarsi, antennae, atra. Lineae quatuor thoracis nigrae, mediis duabus

bus approximatis. Alarum hyalinarum venae omnes nigrae, ſed tenues, duae marginales magis conſpicuae nudo oculo coſtam nigram repraeſentant. Tibiae rufae; halteres albi. Glaber non eſt, ſed nec valde hirſutus. Abdominis ſegmenta omnia apice alba.

Habitat paſſim ruri.

997. FORCIPATUS, Scheerenſchwänzige Raubfliege.

Aſilus hirtus cinereus; lateribus pallidioribus.

Aſilus forcipatus. *Lin. S. N. gen.* 258. *ſp.* 13. *Lin. faun. ſuec. n.* 1914.

Erax forcipatus. *Scop. carn. n.* 975.

Scheerenſchwanz. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1005.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 7 lin.
alae $4\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{2}{3}$ —

Muſcarum praedo, nec Dermeſtidi apiario, Cantharidibus, aliisque mollioribus inſectis coleoptratis parcit.

Habitat paſſim.

998. NIGERRIMUS, Gagatſchwarze Raubfliege.

Aſilus ater totus, glaber; alis nigris: coſta atra.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae $4\frac{1}{4}$ —
Latitudo abdominis 1 —

Nihil in hoc inſecto alterius, quam nigri coloris.

Habitat Lincii.

999. TIPULOIDES, Langfüßigte Raubfliege.

Aſilus cinereus nudiuſculus, pedibus halteribusque ferrugineis; oculis cinnamomeis.

Aſi-

Asilus tipuloides. *Lin. S. N. gen.* 258. *sp.* 14. *Lin. faun. suec. n.* 1915.

Asilus lineatus. *Scop. carn. n.* 990.

L'asile à pattes fauves allongées. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 474.

Langfuß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1005.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae $3\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{1}{3}$ —

Descr. Oculi cinnamomi corticis colore. Antennae nigrae; rostrum, pedes, palpi ferrugineo colore. Alae hyalinae, nubeculis fuscescentibus; coetera cinerea; in thorace lineae tres longitudinales obscuriores tenuissimae; abdominis latera & subtus ferruginea.

Habitat passim.

1000. Podagricus, Podagrische Raubfliege.

Asilus niger; thorace flavo: nigro lineato; pedibus pallidis; tarsorum posticorum articulo primo incrassato.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
alae 4 —
Latitudo abdominis $\frac{1}{3}$ —

Descr. Niger, nitidus. Frons inter oculos argentea; thorax flavus, lineis duabus longitudinalibus adproximatis, punctisque ad earum latera totidem nigris nitentibus. Abdomen nigrum nitidum, segmentis apice, maculisque lateralibus utrinque tribus ad concursum segmentorum positis ferrugineis. Alae hyalinae, venis nigris. Pedes ferruginei, ad partem anticam tam in tibiis, quam femoribus linea nigra notati; halteres ferruginei. Characterem singularem constituunt tarsi postici, quorum primus

articulus longior (& id quidem in coeteris quoque tarsis obtinet, non quod sequitur), incrassatus.

Lectus in Sylva Dornbacensi, mense Majo.

1001. Morio, Mohrenraubfliege.

Asilus tomentosus niger, alis fuscis: margine interiore macula hyalina; villo fulvo ante alas.

Asilus Morio. *Lin. S. N. gen.* 258. *sp.* 16.
Lin. faun. suec. n. 1917.
Mohr. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1006.

Mensurae.		
Longit. a cap. ad an.	$4\frac{1}{3}$	lin.
alae	$3\frac{1}{3}$	—
Latitudo abdominis	$1\frac{1}{2}$	—

Descr. Totus niger tomentosus; ante alas penicillus fulvus; oculi vivi viridi-aurati, elegantissimi, punctis pluribus inustis. Alae nigrae, margine interiore a medio fere usque ad apicem hyalino, & fasciam quasi aliquam hyalinam in discum inferente. Habitus asili non est, sed Muscae *nobilis*; multum praeterea Tabano maritimo similis, ut qui non utrumque animal viderit, e datis descriptionibus facile unum cum alio confundat.

Habitat in Bulgarn.

BOMBYLIUS, Schweber.

1002. Major, Großer Schweber.

Bombylius major, alis dimidiato-nigris.
Lin. S. N. gen. 259. *sp.* 1.
Lin. faun. suec. n. 1918.
Le bichon. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 466.
Der große Schweber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1007.

Men-

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	$5\frac{1}{2}$	lin.
alae	$5\frac{1}{4}$	—
roſtri	$3\frac{2}{3}$	—
Latitudo abdominis	3	—

Habitat non rarus in pratis & hortis, floribus cum congeneribus inhians, Dipteraque cum Sphingibus connectens, uti haec Lepidoptera Trochilis admovent.

Obſ. Cl. Scopoli hoc inſectum non novit, aliudque inſectum, poſtea deſcribendum hoc nomine inſignivit. Majori errore Synonymiſta, quo uſus eſt Ill. Linnaeus, Plinium Carniolicum ad inſectum praeſens laudavit.

1003. Medius, Mittlerer Schweber.

Bombylius alarum margine exteriore, punctisque crebris fuſcis.

Bombylius medius. *Lin. S. N. gen.* 259. *ſp.* 2. *Lin. faun. ſuec. n.* 1919. *Scop. carn. n.* 1019.

Der mittlere Schweber. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1008.

Menſurae. Longit. a cap. ad an.	5	lin.
alae	$5\frac{1}{3}$	—
roſtri	4	—
Latitudo abdominis	3	—

Habitat in floribus.

1004. Minor, Kleiner Schweber.

Bombylius alis immaculatis; fronte corpori concolore.

Bombylius major. *Scop. carn. n.* 1018.

Mei-

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $4\frac{1}{3}$ lin.
alae $4\frac{1}{2}$ —
roſtri $2\frac{3}{4}$ —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Corpus hirſutum, obſolete flaveſcens, alae hyalinae immaculatae baſi modiciſſime fuſceſcentes.

Habitat cum priore.

1005. MINIMUS, *Kle* ber.

Bombilius alis corpore fulveſcenti; fro gro.

Bombylius minor. gen. 259. *ſp.* 4. an?

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{2}{3}$ lin.
alae $2\frac{1}{2}$ —
roſtri 1 —
Latitudo abdominis. 1 —

Deſcr. Roſtrum, frontis villus, & ſubtus totus niger; alae ſubfuliginoſae. Supra inſectum ſubfulvum eſt.

Habitat ad flores.

1006. ATER, Schwebender Mohr.

Bombylius, *ater*, alis baſi ſeminigris, ater, abdomine albo-maculato. *Lin. S. N. gen.* 259. *ſp.* 5.

Bombylius ater. *Scop. carn. n.* 1021.

Der ſchwebende Mohr. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1008.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
alae 5 —
roſtri 1 —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{2}$ —

Deſcr. LINNAEI; Frons piloſa. Antennae cylindricae. Caput puncto parvo niveo utrinque ante oculos. Thorax piloſus, ater, immaculatus. Abdomen

domen marginibus hirsutis: dorso minus piloso atro, puncto niveo majori utrinque ad basin, & altero ad apicem; in medio puncta 4. minora, longitudinaliter digesta. Pedes nigri.

HIPPOBOSCA, Lausfliege.

1007. EQUINA, Fliegende Pferdlaus.

. Hippobosca pedibus tetradactylis, alata, alis caducis.

Hippobosca equina. *Lin. S. N. gen.* 260. *sp.* 1. *Lin. faun. suec. n.* 1921. *Pod. mus. graec. p.* 120. *Scop. carn. n.* 1022.

La mouche-à-chien. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 1009.

Mensura. Longitudo totius $1\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo totius. $\frac{1}{2}$ —

1008. OVINA, Schaaflaus.

Hippobosca ovina alis nullis. *Lin. S. N. gen.* 260. *sp.* 4. *Lin. faun. suec. n.* 1924.

Schaaflaus. *Frisch Inf. Deut. part.* 5. §. 18.

Fliegende Schaaflaus. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1010. cui nomini junge tabulam XXX fig. II nam hujus insecti icon, non acari reduvii eo loco exhibetur. Coeterum icon satis bona nisi quod ungues duplicatos non exhibeat.

Mensurae. Longitudo totius $2\frac{1}{5}$ lin.
rostri $\frac{1}{5}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{1}{4}$ —

Habitat in ovibus.

ORDO

ORDO VII.

APTERA.

LEPISMA, Zuckergaſt.

1009. SACHARINA, Gemeiner Zuckergaſt.

Lepiſma *ſacharina*, ſquammoſa, cauda triplici. *Lin. S. N. gen.* 261. *ſp.* 1.
Lin. faun. ſuec. n. 1925.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $3\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo inſecti $\frac{3}{4}$ —

Deſcr. Supra colore Lucii Piſcis; ſubtus abdomen argenteum, pedes pectusque alba. Cauda triplex & antennae ex albo ferrugineſcunt. Cauda antennaeque fragiles. Antennae ſuccenturiatae reliquis triplo breviores, ſed in meo exemplari, etſi integrae, articulis tantum quatuor conſtant, ſi fulcrum baſeos demas, quod numerari non ſolet. Palpi ad os extrorſum craſſiores, articulo ultimo cordato. Pedes antici proxime ad os. Color abdominis & tergi ex veris ſquammis conſtat, quae deteri poſſunt. Forma uniuscujusque ſquammae cordata, ſed ea parte, quae acuta eſſe deberet, plane in ſemicirculum rotundata; ſquamma tota alba, non concava, nec circulis radiisve notata, ad finum vero puncto nigro inſignita. Abdomen ſetis nonnullis dorſum rectis in ſingulo ſegmento; in duobus poſticis ſegmentis ſpina pediformi. Pedum femora & tibiae depreſſae.

Habitat paſſim; nulli non hominum generi notiſſimum animal. Bibliothecariis forte perperam inviſum

fum; mihi enim acaris vivere videtur, qui librorum compacturae insidiantur, ipsum hominis supellectili, si forte dulcia demas, innoxium.

PODURA, Springschwanz. *

1010. Atra, Schwarzer Springschwanz.

Podura *atra*, globosa fusca, nitida; antennis longis; articulis plurimis. *Lin. S. N. gen.* 262. *sp.* 3.

Lin. faun. suec. n. 1929.
De Geer. Act. holm. an. 1743.

Habitat in truncis lignisque putrescentibus; in ollis hortulanorum, terraque praegnante.

1011. Viridis, Grüner Springschwanz.

Podura *viridis*, subglobosa viridis. *Lin. S. N. gen.* 262. *sp.* 1.

Lin. faun. suec. n. 1927.
La podure verte aux yeux noirs. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 608.

Habitat in plantis variis.

1012. Nivalis, Schneedauernder Springschwanz.

Podura *nivalis*, oblonga cinerea signaturis nigris. *Lin. S. N. gen.* 262. *sp.* 6.
Lin. faun. suec. n. 1931.
De Geer. Act. holm. an. 1740. secundo loco.
Schneeläufer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1019.

Habitat in arboribus sub corticibus.

1013. Ar-

* Hanc ego vocem in Germania recipi valde optarem; characterem Insecti genericum apprime exprimit, nec alteri ulli animali convenit. Nomen, quod alias huic generi tribui solet (*Pflanzenflöhe*) cum Chrysomelis saltatoriis commune habet, adeoque abrogandum puto.

1013. ARBOREA, Baumfloh.

Podura *arborea*, oblonga nigra, pedibus furcaque albis. *Lin. S. N. gen.* 262. *sp.* 8. *Lin. faun. suec. n.* 1177.

Podura arborea. *Scop. carn. n.* 1030. *De Geer Act. holm. an.* 1740. primo loco.

Baumläufer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1019.

Habitat in arborum corticibus lignis putrescentibus; in pagina superiori ribis *rubri* foliorum frequens.

1014. PLUMBEA, Bleyfärbigter Springschwanz.

Podura *plumbea*, teres, fusco-coerulea nitida. *Lin. S. N. gen.* 262. *sp.* 4. *Lin. faun. suec. n.* 1930.

La podure grise commune. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 610.

Habitat passim in pratis, in plantis variis, sub lapidibus & plantis; quae folia radicalia copiosa terrae adplicant, numerosa, ac fere gregaria.

1015. VILLOSA, Zottigter Springschwanz.

Potura *villosa*, oblonga villosa, fusco nigroque variegata. *Lin. S. N. gen.* 262. *sp.* 9.

La podure commune velue. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 608.

Zottenbalg. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1020.

Zottigter Erdfloh. *Beytr. zur Nat. p.* 46. §. 3.

Habitat sub musco.

1016. AQUA-

1016. AQUATICA, Waſſerfloh.

Podura *aquatica*, nigra, aquatica. *Lin. S. N. gen.* 262. *ſp.* 12.
Lin. faun. ſuec. n. 1934.
De Geer Ad. Holm. an. 1740.
Podura aquatica. *Scop. carn. n.* 1027.
Pod. mus. graec. p. 1020.
Waſſertretter. *Müll. Lin. Nat. G. V. p.* 1020.

Habitat in aquis ſtagnantibus. Lemnam ſaepe totam tegens; ſed habitat etiam libera ſupra aquas & ſine medio.

1017. FIMETARIA, Ungeſchweifter Springſchwanz.

Podura *fimetaria*, terreſtris alba, cauda nulla.
Podura fimetaria. *Lin. S. N. gen.* 262. *ſp.* 13.
Lin. faun. ſuec. n. 1935.
Ungeſchwänzter Erdfloh. *Beytr. zur Nat. p.* 47. §. 4.

Habitat in terra praegnante; ſub ollis florum. &c. cauda prorſus nulla.

1018. MONURA, Grauer Springſchwanz.

Podura albida; cauda indiviſa conica.

Obſ. Inter Poduras *fimetarias*, quae, uti dictum eſt, in terra praegnanti & ollis hortulanorum habitant, & poſt irrigationem copioſae ſuperficiem petunt, invenire eſt aliam quandam hujus generis ſpeciem priori multo minus numeroſam, ſed quam facile cum priori confundas; nec enim, ſi non anxie colores diſtinguas, habes, quod ſuſpicionem diverſitatis tibi injiciat. Podura prior, quam Ill. LINNAEUM ſecutus, *fimetariam* dixi, colore eſt prorſus albo, ebori candidiſſimo plane conſimili;

at illa, quam nunc descripturi sumus, in canum vehementer inclinat. Hoc jam admonitus discrimine, etsi satis levi, si attentius spectes, facile aliud, & illud multo praestantius, sese tibi sponte offeret; salit haec species, cum prior hujus effugii prorsus sit insicia; saltus tamen sunt breves, rarioresque, quam in reliquis descriptis hucusque speciebus. Et hoc erat praecipuum illud, quod me in hanc speciem attentum reddidit; nec mora, prehensum, cum primum licuit specimen, microscopio subjeci, novo stupore attonitus, cum caudam nullam, cujus ope saltus illos perageret, deprehendissem. Reliquae species caudam habent plerumque albentem, cum reliquum corpus sit alterius coloris, aut certe in morte caudam a corpore recta protendunt. Nihil horum in praesenti specie contingit; ut instrumentum hoc, mirandorum saltuum productivum invenias, arte opus est; speculum microscopii contegere, nec insectum sub alio, quam reflexo radio intueri necesse est. Hoc ego demum artificio usus, qui saliat, intellexi.

Descr. Habitu & statura Podurae *fimetariae*, sed tantillo minor, & magis in cinereum colorem vergens. Praeterea, si adcurate inspicias, linea longitudinali in dorso a capite ad abdominis apicem descendente magisque, quam reliquum corpus, fusca insigne videbis. Antennae, computata basi, articulis quatuor constant, articulo extimo ovali, sed reliquis proportione majori. Oculi nigri, lineam nigram utrinque in capite constituunt. Partes omnes insecti satis pilosae, praesertim corporis truncus, in quo pili longiores. Cauda partibus constat tribus, quarum prima, quae corpori adfixa est, in fuscum colorem leviter inclinat; pars altera pallida, uti totum insectum, summe diaphana, apicem versus angustior, apice ipso truncato; pars tertia aculei instar ex priori, tanquam ex vagina, progredi videtur, color ejus corneus. Hinc nomen.

men. *Monuram* dixi, quod, praeterquam quod in hoc genere consuetum sit, caudam bisidam, bipartitamque non habeat, sed simplicem, indivisam.

Habitat in terra praegnanti, cum priore.

TERMES, Todtenuhr.

1019. PULSATORIUM, Gemeine Todtenuhr.

Termes *pulsatorium*, antennae articulis octodecim; os palpis binis clavatis. *Scop. carn. n.* 1032.

Termes pulsatorium. *Lin. S. N. gen.* 263. *sp.* 2.

Lin. faun. suec. n. 1737.

Le pou du bois. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 602.

Klopfer. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1024.

Todtenuhr. *Beytr. zur Nat. p.* 57. §. 11.

Habitat in herbariis, collectionibus insectorum, ligno antiquo, libris repositis. Papilionum colores destruit.

Differentiae ab oris oculorumque colore in hoc genere non recte desumuntur, & nihil decidunt.

PEDICULUS, Laus.

1020. HUMANUS, Menschenlaus.

Pediculus *humanus*, humanus. *Lin. S. N. gen.* 264. *sp.* 1.

Habitat in capite puerorum feminarumque; in vestibus pauperum.

Nubem authorum notissimum insectum describentium, delineantiumque non adfero.

1021. Pubis, Filzlaus.

Pediculus pubis & superciliorum.
Pediculus pubis. *Lin. S. N. gen.* 264. *sp.* 2. *Lin. faun. suec. n.* 1940.
Pediculus inguinalis. *Redi opusc. tom.* 1. *t.* 19.
Le morpion. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 597.
Filzlaus. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1028.

Habitare dicitur in pube & superciliis hominum luxuriosorum; vinctorum; saepe ad innoxios transiens. Mihi non visus.

1022. Suis, Schweinlaus.

Pediculus *suis*, suis scrofae. *Lin. S. N. gen.* 264. *sp.* 4.
Lin. faun. suec. n. 1942.
Schweinlaus. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1030.

Habitat in suibus domesticis, mihi ipsi non visus.

1023 Porcelli, Meerschweinchenlaus.

Pediculus Porcelli, Muris Porcelli. *Lin. S. N. gen.* 264. *sp.* 5.
Lin. faun. suec. n. 1943.
Meerschweinchenlaus. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1030.

Descr. Facilius icone, quam verbis delineandus; inter majores sui generis. Caput ovatum, latere ultra medium versus abdomen crena instructum, ubi etiam oculi antennaeque locantur. Antennae moniliformes, articulo extimo maximo. Ante hanc crenam versus os crena utrinque alia, quo loco situm est corpusculum antenniforme. Os membro suctorio curvo prominente instructum. Abdomen fere cylindricum, oblongum, diaphanum, ita ut pedes transpareant. Thorax angulis

quatuor

quatuor obtusis irregulare format pentaaedrum. Segmenta abdominis duo priora nonnihil reliquis obscuriora. Pedes ex partibus tribus constant, quas femur, tibiam, tarsum adpelles; hae omnes satis magnae; sed praeterea in tarsi apice articulus brevis tenuis unco mobili nullo instructus; hinc facile a pilo animalis cui adhaeret, deteri potest. Anus corpuscula duo acuminata exerit, iis simillima, quae in Acaro aphidiode olim depinximus.

Habitat in Mure *Parcello* satis copiosus.

1024. Musculi, Mäuselaus.

Pediculus Muris Musculi.

Descr. Minimus, ac quem lente destitutus vix reperias, albus, lentissimus. Corpus ovatum lobatum. Thorax magnus, postice in lobos duos magnos uberiformes divisus. Reliqua abdominis segmenta, quae mox leves in lateribus sinus, mox magnos anum versus curvatos dentes efformant, thorace angustiora, postremo fere rhomboide, in ejusque apice setae duae divergentes, longitudine corporis totius. Antice in loco capitis, in medio corpusculum lanceolatum, acutum; in cujus utroque latere corpus forcipiforme; corpus hoc basi angustius, apice nonnihil latius, latere interiori pollice fixo brevi, latere vero exteriori unco mobili instructum; si uncus iste apertus sit, potest enim insectum ejus apicem pro lubitu pollici fixo admovere, non inepte cultros hortulanorum purgandis noxiis surculis inservientium refert. Hoc maxime instrumento sese insectum istud Muris pilis adfigit. Pilis corpus fere destituitur; in unco mox dicto breves sunt. Totum insectum adprime diaphanum, intestinis nullis visibilibus, corde excepto, quod in medio thorace conspicitur palpitare, maculamque obscuriusculam constituit. Antennae nullae. Nec oculos vidi.

Obſervavit Cl. Goeze poſt Ill. de Geer, acaros nondum adultos pedibus tantum ſex inſtrui; an ergo praeſens animal acarus? Sed cum pedes acarorum miris modis varient, variasque in variis ſpeciebus figuras repraeſentent, quid, ſi putemus uncos illos falcatos pedes eſſe? Quidquid ſit, roſtrum Acari eſt, corpus papilloſum, thoraxque Pediculi.

Lectus in Muris Muſculi varietate alba. Bulbis pilorum ſeſe adfigit fortiſſime, ore in bulbum inſerto.

1025. Ovis, Widderlaus.

Pediculus *ovis*, ovis *arietis*. *Lin. S. N. gen.* 264. *ſp.* 8.

Deſcr. Caput orbiculare, apice ſeu ore inſtrumento ſuctorio inſtructum. Utrinque ad latera capitis oculi, minuti, nigri; & ante hos antennae, non nihil abludentes a forma in hoc genere conſueta; conſtant articulis tribus, ultimo apice craſſiuſculo. Primum abdominis ſegmentum (Thorax) anguſtiſſimum, ſubrotundatum, ſed poſtice dilatatum & vix ſenſibiliter trilobum; hoc excipit ſegmentum aliud latius ſed brevius priore, tum abdomen reliquum ovatum. Pedes, qui omnes primis paulo ante dictis ſegmentis adfixi ſunt, articulis tribus conſtant, quorum poſtremus oblique truncatus apice uncum inſignem habet. Inſectum ſatis piloſum, ſed nulli, ſaltem quos ego vidiſſem, in articulis duobus abdominis primis; praeſertim ad latera ſingulorum ſegmentorum reliquorum abdominis pili duo ſublongiores adproximati. Color, ut in hoc genere conſuetus eſt, albidus. In capite macula palpitans (Cor) obſcuriuſcula, ſubcordata, & praeterea lineae duae longitudinales. Abdomen faſciis novem obſcurioribus transverſis.

Habitat copioſus in Ove ariete; inter majores ſui generis.

1026. Ana-

1026. ANATIS, Aentenlaus.

Pediculus Anatis ferae.

Pulex anſeris. *Redi opuſc. phyſiol. tom.* I. *tab.* 10. figura ſuperior.

Deſcr. Deſcripſit hoc inſectum Praeclariſſimus REDI, ut videtur, delineavitque, ſed minus adcurate. Maximorum ſui generis unus. Caput ovatum, antrorſum anguſtius, extimo apice muris inſtar miſtaces gerit; nullibi praeterea pili videntur in toto capite. Antennae, ex articulis pluribus moniliformes, aequabiles. Abdomen elongatum, & fere lineare; ſegmentum primum, quod cum ſecundo thoracis loco eſt, orbiculare, antice poſticeque truncatum; ſecundum cylindricum, longiſſimum, ita diaphanum uti manifeſte transpareat ſegmentum tertium apici ſegmenti ſecundi inſertum. Segmenta reliqua, quorum fere numerus ſeptenarius eſt, breviora primo, ſed, demto ultimo, tantillo latiora; latere ſegmenti quarti, ſi prima duo in ſegmentis non numeres, incipiunt breviſſimi pili in conſpectum venire, iique usque ad apicem continuantur. Apex acumine lanceolato inſtruitur. Color inſecti albidus, linea a capite usque ad mucronem lanceolatum abdominis pallidiori decurrente. Pedes primorum duorum parium ſegmento primo, tertii paris ſegmento ſecundo inſerti; conſtant partibus tribus, quarum prima brevis, ſecunda elongata cylindrica, tertia elongata cylindrica latere interno ſetis tribus: & apice unco duplici armata.

Habitat in Anate Boſchade, varietate fera.

1027. ORTYGOMETRAE, Wachtelkönigslaus.

Pediculus Ralli Crex.

Descr. Insectum oblongum. Caput cordatum, parte acuminata ab abdomine aversa; antennae breves moniliformes. Thorax angustus, longus apice latior, apicis medio productiore. Abdominis segmenta, demto thorace octo setosa, utrinque spiraculis magnis maculatis instructa. Pedes thoraci affixi, articulis tribus elliptoidibus constant, articulo tertio acuto, breviori. In capite varia transparent intestina; ejusque apices utrinque setam longiusculam emittunt.

Habitat in Rallo Crex dicto.

1028. Pavonis, Pfauenlaus.

Pediculus *pavonis*, pavonis cristati. *Lin. S. N. gen.* 264.

Pulex pavonis. *Redi opusc. tom.* 1. *tab.* 14. sed antennae non ita lepidae, alias figura satis adcurata.

Habitat in Pavone domestico.

1029. Meleagridis, Truthennenlaus.

Pediculus Meleagridis Gallopavonis.

Obs. Nescio, an haec species eadem cum illa, quam Ill. a Linne eodem nomine insignivit. Vir hic Celeberrimus laudat pro suo Insecto Entomologiae in Germania facile parentem; celeberrimum Frischium: sed hic ipse doctissimo Equiti contradicit, quem laudato loco delineat pediculum, in Ciconiis occurrere adserens. Laudat & Redii iconem; sed quam huic iconi dissimillimum insectum, quod hic descripturi sumus? Si quis conjecturae locus, Gallina illa africana, in qua Diligentissimo Redio ibi delineatum insectum occurrit, non Meleagris Gallopavo, sed Numida *Meleagris* fuit. Cl. Müllerus, qui Linnaei Systema Naturae, quantum Zoologicum est, in Germanicam linguam trans-

transtulit, pediculum quendam, qui in Meleagride habitet, delineat; sed insectum illud, si tamen in hoc animali vivit (nam Vir hic summus in parte Entomologica parum adcuratus est) multum a nostro diversum.

Huic Caput antice rotundatum, postice sinuatum, sinu triplici; sinus utrinque dentem acutiusculum longum, & in medio duos alios formant. Antennae moniliformes, setis longae, dentes longiores [illegible] tribus longi[illegible]nantur. Ad capitis latera [illegible]que oculus obsc[illegible], & ante illum seta brevior. C[illegible]t corpori ope t[illegible]cis anguſti rhombici jungitur, post quem tho[illegible]altet cordatus, cordis lobis acutis, abdomini apice incumbente. Abdomen segmentis octo instruitur, quorum primum thoraci secundo subjicitur, postremum apice profunde emarginatum: lobis lanceolatis. In nonnullis hujus speciei insectis in hac emarginatura membrum lanceolatum fuscum cernitur. Segmenta sex intermedia utroque latere macula introrsum oblonga fusca, & fasce setarum longiusculo ex setis sex constante instructa. Pedes, ut fere in reliquis speciebus, unco duplici terminantur.

Habitat in Meleagride Gallopavone.

1030. GALLINAE, Hennenlaus.

Pediculus *gallinae*, Phasiani Galli thorace capiteque utrinque mucronato. *Lin. S. N. gen.* 264. *sp.* 32.

Lin. faun. suec. n. 1959.

Hühnerlaus. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1036.

Le pou de la poule à tête et corcelet pointus de deux côtés. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 601.

Hennenlaus. *Beytr. zur Nat. p.* 114.

Habitat in Gallina domestica.

1031. Columbae, Taubenlaus.

Pediculus *columbae*, columbae Oenatis. *Lin. S. N. gen.* 264. *sp.* 36.
Figura Incomparabilis Redi hujus non est.
Taubenlaus. *Beyt. zur Nat. p.* 114.
Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 1037.

Habitat in columba oenate.

1032. Alaudae, Lerchenlaus.

Pediculus Alaudae arvensis.
Lerchenlaus. *Beyt. zur Nat. p.* 115.

Habitat in Alauda arvensi.

1033. Sturni, Staarlaus.

Pediculus sturni vulgaris.
Staarlaus. *Beytr. zur Nat. p.* 118.

Habitat in sturno vulgari.

1034. Curvirostrae, Krummschnabellaus.

Pediculus Loxiae curvirostrae.
Krummschnabellaus. *Beytr. zur Nat. p.* 117.

Habitat in Loxia curvirostra.

1035. Pyrrhulae, Blutfinkenlaus.

Pediculus Loxiae Pyrrhulae.
Blutfinkenlaus. *Beytr. zur Nat. p.* 117.

Habitat in Loxia Pyrrhula.

1036. Chloridis, Grünfinkenlaus.

Pediculus Loxiae chloridis.
Grünfinklau *Beytr. zur Nat. p.* 118.

Habitat in Loxia chloride.

1037. Cr-

1037. CITRINELLAE, Ammerlaus.

Pediculus Emberizae citrinellae.
Ammerlaus. *Beytr. zur Nat. p.* 116.
Habitat in Emberiza citrinella.

1038. CURRUCAE, Grasmückenlaus.

Pediculus Motacillae currucae.
Grasmückenlaus. *Beytr. zur Naturg. p.* 113.
Habitat in Motacilla Curruca.

1039. RUBECULAE, Rothkehlchenlaus.

Pediculus motacillae rubeculae.
Rothkehlchenlaus. *Beyt. zur Naturg. p.* 115.

PULEX, Floh.

1040. IRRITANS, Gemeiner Floh.

Pulex *authorum.*
Habitat in homine vestito; canibus; leporibus; vulpibus; sciuris. Sed sciurorum pulex longior gracilior attentis proportionibus.

ACARUS, Milbe.

1041. ELEPHANTINUS, Größte Milbe.

Acarus ovatus, macula baseos nigra, triloba; utrinque sulcis tribus longitudinalibus. *Beytr. zur Naturg. p.* 128.
Acarus elephantinus. *Lin. S. N. gen.* 266. *sp.* 1.
Elephantenmilbe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1044.
Habitat in Testudine orbiculari.

1042. Ri-

1042. RICINUS, Hundstäcke.

Acarus *ricinus*, globoso-ovatus: macula baseos rotunda, antennis clavatis. *Lin. S. N. gen.* 266. *sp.* 7.
Lin. faun. suec. n. 1967.
Acarus ricinus. *Scop. carn. n.* 1057.
Hundslaus. *Frisch Inf. Deut part. p.* 41. §. 19.

Habitat in canibus venaticis; etiam alia animalia diutius in sylvis morantia, ac per dumeta ambulantia infestat, ipsum adeo hominem.

1043. REDUVIUS, Rohrmilbe.

Acarus planus ovatus griseus aut rufus.
Acarus reduvius. *Lin. S. N. gen.* 266. *sp.* 3.
Lin. faun. suec. n. 1966.

Descr. Lentus, Cimici *lectulario* simillimus & concolor. Corpus depressum; pedes omnes aequales, non crassi, articulis multis compositi, apiceque pulvillo instructi ex quo ungues duo minuti prominent. Descripsimus in alio opere acaros quosdam pedibus apice vesicula instructis praeditos; credibile est, vesiculas illas pulvillos esse unguiculis subtilissimis armatos, sed unguiculis eo minus utique visibilibus, cum ii in hac gigantea specie tam exigui sint. Rostrum breve; cui antennae clavatae adplicantur. Color nonnihil variat. Alia specimina basi macula cinerea, & per reliquum corpus minutioribus aliis notata sunt; alia basi macula nulla, sed corpus totum ex fusco-testaceo cinereum, maculis quibusdam lineolisque nigris sparsis. Et haec quidem nudo oculo videntur. Ad lentem puncta excavata sparsa comparent; abdomen antice crenatum, ex qua crena rostrum & antennae prodeunt. Lineae praeterea duae excavatae divergentes in basi; lateraque totius abdominis margine supra subtusque introrsum denticulato

lato cincta. Oculi anusque etiam microſcopio ſeſe ſubducunt.

Habitat in arundinetis & pratis paluſtribus, in Inſulis Danubialibus ad Viennam, ac praeſertim in Pratter.

1044. CAUDATUS, Geſchwänzte Milbe.

Acarus corpore poſtice attenuato elongato. *Beytr. zur Naturg. p.* 5.

Habitat Lincii in aquis ſtagnantibus.

1045. NATATOR, Sumpfmilbe.

Acarus globoſus corneus, pedibus poſticis natatoriis. *Beytr. zur Naturg. p.* 6.

Habitat cum priore.

1046. VARIEGATUS, Scheckigte Milbe.

Acarus aquaticus albidus, maculis tribus nigris.

La tique aquatique panachée. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 625.

Beytr. zur Naturg. p. 7. variet. 2.

Habitat in aquis ſtagnantibus, ubi lemna abundat; intra conchas illum non raro reperi.

1047. COLEOPTRATORUM, Käfermilbe.

Acarus ano pallidiore, tarſis pedum intermediorum veſiculoſis. *Beytr. zur Naturg. p.* 10.

Acarus coleoptratorum. *Lin. S. N. gen.* 266. *ſp.* 27.

Lin. faun. ſuec. n. 1973.
Scop. carn. n. 1064.
Pod. mus. graec. p. 122.

La

La mitte des coleopteres. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 623.*

Käfermilbe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 1055.*

Habitat in coleoptratis variis, uti & apibus.

1048. Lichenis, Flechtenmilbe.

Acarus pedibus primi quartique paris longioribus, fecundi craſſiuſculis. *Beyt. zur Naturg. p. 40.*

Habitat in Lichenis canini facie averſa.

1049. Crassipes, Dickfüßige Milbe.

Acarus pedibus fecundis craſſiſſimis, corpore toto teſtaceo. *Beytr. zur Naturg. p. 123.*

Acarus craſſipes. *Lin. S. N. gen. 266. ſp. 8. Lin. faun. ſuec. n. 1969.*

Habitat ſub ollis hortulanorum, Podurarum Socius.

1050. Leucurus, Weißgerändelte Milbe.

Acarus pedibus fecundis craſſiſſimis, corpore teſtaceo: ano pallidiore. *Beytr. zur Nat. p. 124.*

Habitat in cadaveribus.

1051. Dysenteriae, Ruhrmilbe.

Acarus pedibus ſeta unica, abdominis poſtica parte ſetis quatuor longitudine fere corporis.

Deſcr. Albus, ovatus, anti acuminatus, oculis nullis viſibilibus, ac fortaſſe nullis; nec enim opus illis habet, cum neceſſe non ſit, ut victum quaerat, cui inſidet. Pili in inſecto rari, ſparſi, breves; poſtice ſetae quatuor longitudine fere corporis, quarum

rum duae inferiores, duae ſuperiores. Pedes, quorum duo paria antica craſſiora: duo poſtica graciliora ſunt, articulis conſtant quatuor aut quinque; medio cujusvis pedis ſeta longa inſidet. Hucusque praeſens Inſectum cum Acaro Dyſenteriae Linnaei conſentit, quem Cl. Rolander in Actis Holmienſibus deſcripſiſſe dicitur; ſed differt defectu ſetae, quae apici pedum inſideat, quam nulla arte videre potui. Juniores hujus ſpeciei acari hexapi ſunt.

Habitat in vini aceſcentis faecibus, quibus copioſiſſimus inſidet.

1052. Pari, Kohlmeiſenmilbe.

Acarus ovatus ſubhyalinus nigricans, nudus, pedibus ſubaequalibus, omnibus phyſapodibus. *Beytr. zur Nat. p.* 38.

Pediculus pari. *Lin. S. N. gen.* 266. *ſp.* 8.

Läuſe auf den großen Meiſen. *Friſch Inſ. Deut. part.* 8. *p.* 9.

Habitat in Paro majore.

1053. Locusta, Blaumeiſenmilbe.

Acarus ſetis quatuor poſticis, quatuor lateralibus. *Beytr. zur Naturg. p.* 120.

Acarus Locuſta. *Scop. carn. n.* 1060.

Habitat in Paro coeruleo.

1054. Confervae, Confervenmilbe.

Acarus fuſcus ovatus, pedum geniculo ſecundo minimo, tertio ſeta longa armato.

Deſcr. Minimus, vix niſi ope lentis viſibilis; fuſcus; pedibus pallidioribus. Figura globoſa, antice acuminata. Pedes aequalis longitudinis & ſtructurae. Si baſes pedum non computes, articulis conſtant quinque; primus, tertius quartus teretes, in apice tertii

tertii seta longa porrigitur. Articulus secundus brevis, fere globosus; quintus itidem brevis, sed oblongus, apice unguiculis armatus. Pedes omnes pilis nonnullis brevibus sparsis leviter horrent, sed corpus nudum, nec nisi ad rostrum setis duabus, quasi antennis, brevibus instructum.

Habitat in conferva; extra aquam moritur; in aqua superficiem nunquam petit, nec vagatur, sed in filamentis confervae obambulat.

Lectus sub finem Martii.

1055. CADAVERUM, Leichenmilbe.

Acarus corpore subbilobo, postice setis quatuor corpore longioribus. *Beytr. zur Nat. p.* 128.

Habitat in cadaveribus insectorum.

1056. SIRO, Käsemilbe.

Acarus lateribus sublobatis abdomine postice biseto, setis corpore brevioribus: pedibus posticis gracilioribus. *Beytr. zur Nat. p.* 121.

Le ciron du fromage. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 622.

Habitat in caseo antiquo.

1057. DESTRUCTOR, Modermilbe.

Acarus ovatus, ani setis longis pluribus, pedum seta unica.

Descr. Minimus, oculo nudo prorsus inconspicuus, hyalinus vitri instar, albens, sed saepe ab esca transparente mire variegatus; hinc aliqui occurrunt albi, alii nubeculas obscuras gerunt, uti ille, quem depinximus, alii ferruginei. Corpus nitens, totum, etiam pedibus glaberrimum, sed setis in utroque latere

latere inter pedum par ſecundum & tertium duabus fere ad angulum rectum corpori inſidentibus; ſetis duabus in ſingulo pede, quarum una in medio ad angulum acutum prodit longior, altera baſi inſidet brevior; poſtice poſt ſe trahit ſetas plures inaequalis longitudinis. Antice ex corpore articulus anguſtior procedit, & ex hoc roſtrum, qui baſi oculis duobus prominentibus inſtruitur, ſed hyalinis, nec coloratis; ſupra oculos ſeta brevis antrorſum porrecta; ſetae duae aliae breves in medio roſtri, antennas mentientes cum roſtrum deflectitur.

Habitat in inſectorum exuviis loco humido adſervatis, veram inducens cariem.

Inſectum Ptino *fure* pertinacius ac magis pertimeſcendum; molliora, ac ſucculentiora inſecta praeſertim inquirit. Arcetur, ſi arcas, quibus inſecta incluſa ſunt, in loco ſicco colloces, nec per hyemem in cubiculis calefactis ad muros communes cum cubiculis frigidis, aut quibus in altero latere aër externus frigus inducit, adſerves. Quod niſi feceris muro frigido communicatus a cubiculo calor humores in ejus ſuperficie deponit, ſenſim in arcam penetraturos, ac primo mucori, paulo poſt acaro deſtructori viam paraturus.

1058. Eruditus, Büchermilbe.

Acarus pedibus primi paris craſſiſſimis chelatis, ſecundis longiſſimis: apice biſetis.

Deſcr. Abdomen ovatum, pallidum, hyalinum, ut in acaro *Sirone*, ſaepe transparente coſtae figura. Hinc inde pili quidam minuti, & ad utrumque latus inter par pedum alterum tertiumque ſeta brevicula curva fere ad angulos rectos corpori inſidens. Pedes hinc inde ſetis longioribus ſubtiliſſimis armantur, ſed earum numerus magnus non eſt; fere cuivis articulo una obtingit. Pedes quatuor poſtericres mediocres, hyalini, graciles; primi paris vix po-

ſticorum longitudine, ſed mirum in modum craſſi, ac ſtructurae peculiaris; non pectori affixi, ſed lateri thoracis antice inſerti videntur; hoc enim inſectum contra morem generis peculiari thorace inſtruitur. Pedes ipſi genicula non habent; quod ſi illos inſectum moveat; id tantum in baſi fit; ſed inflecti non vidi; non prorſus ſunt teretes, ſed circa medium cubito quodam inſtruuntur, poſt quem nonnihil anguſtiores evadunt, ac denique in acumen inflexum definunt, cui latere interiori pollex mobilis obvertitur. Intra acumen pollicemque duo tresve pili ſuis ſinguli apophyſibus ac bulbulis inſidentes, digitosque non inepte mentientes. Pedes hi curſui non inſerviunt, ſed ab inſecto antrorſum protenduntur, dum currit; alius a curſu illorum finis eſt.

Pedes ſecundi paris, uti coeteri, abdomini inſerti, exiles, graciles, longiſſimi, diaphani, apice ſetis duobus armati, & per totam longitudinem pilis nonnullis ſparſis

Thorax abdomini inſertus, in illudque nonnihil retractilis, ſubrhomboidalis; ad latera, ubi in angulum ſolidum definunt corpus utrinque minutum, rotundum, hyalinum, fors oculus; antrorſum in proboſcidem definit bifidam, acuminatam. Per medium thoracis lineae tres longitudinales tenues mobiles decurrunt, inteſtinum fortaſſe quoddam.

Invenitur hoc inſectum in libris humido loco adſervatis; inſidiatur cum duabus aliis ſpeciebus glutini bibliopegorum; praeſens ſpecies praeſertim adeſt ad oras chartae librorum integumento adglutinatae, ore pedibusque ſuis cheliformibus glutini immerſis, illudque removentibus. Non facile per libri ſuperficiem diſcurrit, niſi inquietata; tum vero currit celeriter.

Coeterum inſectum ita parvum, ut nudo oculo cerni prorſus nequeat; niſi forte in vitro, quod lumini obvertas, aut cui corpus atrum ſupponas.

Junio-

Juniores recens ex ovo excluſi per omnia, etiam pedum numero, ac vix non magnitudine matribus ſimiles, contigit enim mihi ex ovis a matre me inſpectante poſitis, ſub meis prope oculis ut ſoboles prodierit propagatura hanc ſpeciem.

1059. PASSERINUS, Sperlingmilbe.

Acarus pedibus tertii paris craſſiſſimis. *Beytr. zur Nat. p.* 7.

Acarus pedibus tertii paris mole monſtroſis. *De Geer act. holm.* 1740.

Acarus paſſerinus. *Lin. S. N. gen.* 266. *ſp.* 10. *Lin. faun. ſuec. n.* 1970.

Sperlingslaus. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1048.

Habitat in fringilla *Montifringilla.*

1060. ALAUDAE, Lerchenmilbe.

Acarus ano poſtice emarginato. *Beytr. zur Nat. p.* 11.

Habitat in Alauda arvenſi.

1061. GRAMINUM, Grasmilbe.

Acarus rufus, pedibus primi paris longiſſimis; abdomine poſtice crenato. *Beytr. zur Nat. p.* 8.

Habitat in graminum foliis, ea maculans.

1062. LONGICORNIS, Langhornigte Milbe.

Acarus antennis longis, apice biſetis. *Beytr. zur Nat p.* 9.

Acarus longicornis. *Lin. S. N. gen.* 266. *ſp.* 29. *Lin. faun. ſuec. n.* 1985.

La pince rouge. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 619.*
Langhorn. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 1056.*
Habitat paſſim, ſed rarior.

1063. AQUATICUS, Rothe Waſſermilbe.

Acarus holoſericeus ſubgloboſus aquaticus. *Beytr. zur Nat. p. 12.*
Acarus aquaticus. *Lin. S. N. gen. 266. ſp. 21.*
Lin. faun. ſuec. n. 1978.
Pod. mus. graec. p. 121.
La tique rouge ſatiné aquatique. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 625.*
Kleine rothe Waſſerſpinne. *Friſch Inſ. Deut. part. 8. p. 5. t. 1. f. 3.*
Habitat in aquis pacatioribus.

1064. HOLOSERICEUS, Rothe Erdmilbe.

Acarus abdomine depreſſo tomentoſo, poſtice retuſo.
Acarus holoſericeus. *Lin. S. N. gen. 266. ſp. 22.*
Lin. faun. ſuec. n. 1979.
Pod. mus. graec. p. 121.
Scop. carn. n. 1068.
La tique rouge ſatinée terreſtre. *Geoffr. Paris. part. 2. p. 624.*
Rothe Erdmilbe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p. 1054.*
Deſcr. Ill. LINNAEUS acarum hunc deſcripturus, eum priori plane ſimilem dicit: *Simillimus praecedenti*; idem jam in Fauna ſua dixerat de eodem: *Praecedenti quam ovum ovo ſimilior.* Etiam celeberrimus SCOPOLI tantum inter utrumque differentiae non ſtatuit; & quam ponit, a re, quae plerumque abeſt, & tantum in junioribus obtinet, deſumit; *ab aquatico*, teſte Viro hoc Clariſſimo, *differt lateribus pectoris cinereo veluti colore tinctis.* Sed vereor, ne

ne uterque Vir Clariſſimus, dum ita loquitur, non parum hallucinetur. Ab ipſo Linnaeo non pauca inſecta ut omnino ſufficienter diſtinctae ſpecies enumerantur, quae multo magis ſibi invicem ſimiles ſunt, quam Acari holoſericeus aquaticusque. Data partium deſcriptione brevem utriusque dabimus comparationem.

Major praecedentibus, ac fere magnitudine Acari *Ricini;* corpus rotundatum antice latius, ſubtruncatum, poſtice emarginatum, lateribus leviter ſinuatum; totum lamellis rubris minutis pilorum loco, iisque erectis veſtitum, hinc inſecto byſſi rubri facies. Pedes utcunque longi, denſe pilis ſeu lamellis rubris tecti, articulis ſex conſtant; extimo articulo unguis duplex infixus eſt. Novit inſectum hunc unguem retrahere, uti feles ſuum, apicesque pedum craſſiores reddere.

Antennae ſeu potius tubi Suctorii articulis quinque conſtant; ab inſecto deorſum inflectuntur. Illud in illis ſingulare, quod articulo eorum tubulorum tertio ſubtus corpus ovatum rubrum affixum ſit.

Habitat in terra, plerumque ſolitarius; primo vere, ſi terram vertas, paſſim, ſed fere ſemper ſolitarius occurrit. Clariſſimus D. Scopoli unica vice gregarium deprehendit.

Color coccineus; inceſſus lentus; victus cadavera minuta putreſcentia.

Comparatio.

A. aquaticus.	*A. holoſericeus.*
Habitat in aqua pura.	Habitat in terra, ac praeſertim in humo nigra.
Natat celeriter.	Incedit lente; in vitro prorſus neſcit ingredi.
Pedes natatorii.	Pedes ambulatorii.
Oculi duo nigri.	Oculi nulli viſibiles.
Antennae ſine adpendiculo.	Antennae adpendiculatae.
Corpus globoſum, laeve, leviſſime depreſſum.	Corpus ſinuatum, ſupra depreſſum, poſtice profunde emarginatum.

Varietas: pedibus longioribus, colore fuliginoſe rubro.

Viſa haec varietas Viennae ad radices arborum verno tempore inter folia congeſta; celeriter currit, cum prior lente gradiatur; vivit gregaria, cum prior ſolitaria. An vere varietas tantum.

1065. APPENDICULATUS, Lungenmoosmilbe.

Acarus ſubgloboſus coccineus, pedibus longis pallidioribus: poſticis longioribus.

Deſcr. Inter majores ſui generis, globoſus, cinnabarinus, nitens. Pedes graciles, longi, corpore pallidiores; poſtici reliquis notabiliter longiores. Huc usque, uti oculo inermi adparet.

Ad lentem corpus ſatis piloſum; antice roſtrum, quod fere intra abdomen aliqua ſui parte reconditum videtur; ad latera roſtri antennae, inaequalis ſtructurae, nec, ut in aliis inſectis, ſecum ſimiles. Earum una, tubo theatrali non abſimilis, articulis tribus conſtat; ex quibus primus articulus cylindricus, alter fuſiformis, acutusque eſt; ſubtus adfixus ei eſt tertius articulus, ſeu corpus ovatum, ut fere in ſpecie praecedenti. Antenna altera clavaeformis eſt; ſeu corpus ovatum craſſum petiolo anguſtiori inſidens, ſubtus corpore illo ovato deſtitutum. Antenna utraque ſatis piloſa, pilis aculeos mentientibus, quod de pilis quoque pedum, & de iis, qui per corpus ſparſi ſunt, valet. Pedes articulis ſex conſtant, quorum duo priores breviores, ovati: reliqui longiores, ac teretes; par pedum quartum reliquis longius, articulo unico ovato, reliquis longis teretibus, ex quibus penultimum omnium longiſſimum. Pedes omnes apice ungue duplici armantur.

Habitat ſub lichene pulmonario rarior.

1066. BAC-

1066. Baccarum, Johannisbeermilbe.

Acarus ovatus ruber pedibus aequalibus verticillato-setosis.

Acarus ovatus ruber setosus, pedibus undique setosis aequalibus. *Beytr. zur Nat. p.* 34.

Acarus baccarum. *Lin. S. N. gen.* 266. *sp.* 23. *Lin. faun. suec. n.* 1979. *Scop. carn. n.* 1074.

Habitat in Ribe rubro; alibi.

1067. Vitis, Rebenmilbe.

Acarus ovatus ruber setosus, pedibus aequalibus sparsim setosis.

Descr. Corpus ovatum, magnitudo grani milii; color Scarlatinus, pedibus tamen pallidioribus. Pedes extensi, longi, ut in araneis. Corpus pedesque pilis rectis longis horrent. Nec haec species, nec ei simillima species prior thoracem habet, quem Müllerus in Versione Linnaei germanica describit. Differt insectum praesens a priori solis pedibus. Prior ad basin cujusvis articuli verticillo pilorum cingitur; haec pilos temere sparsos gerit.

Habitat in vite vinifera; currit, ut praecedens, celerrime.

1068. Piger, Träge Milbe.

Acarus ruber, pedibus pallidioribus; abdomine postice setulis nigris.

Rothe Schildlaus. *Beytr. zur Nat. pag.* 54.

Habitat in musco.

1069. Coleoptratus, Käferartige Milbe.

Acarus integumento coleoptrato angulosо. *Beytr. zur Nat. p.* 12.

Acarus coleoptratus. *Lin. S. N. gen.* 266. *ſp.* 13.
Lin. faun. ſuec. n. 1973.

Habitat in Auſtria ſuperiore.

1070. Denticulatus, Gezähnelte Milbe.

Acarus corpore antice dentibus quatuor. *Beytr. zur Nat. p.* 125.

Habitat ſub oliis hortulanorum.

1071. Geniculatus, Knotenfüßige Milbe.

Acarus femoribus omnibus clavatis. *Beytr. zur Nat. p.* 126.

Acarus geniculatus. *Lin. S. N. gen.* 266. *ſp.* 19.
Lin. faun. ſuec. n. 1977.

Habitat in arboribus ſub corticibus; in foliis abietis, pinique.

1072. Testudineus, Schildkrötenförmige Milbe.

Acarus abdomine glabriuſculo, ſub inceſſu globoſo. *Beytr. zur Nat. p.* 127.

Habitat in terra.

1073. Rubens, Röthliche Milbe.

Acarus ruber ovato oblongus, pedibus ſubaequalibus. *Beytr. zur Nat. p.* 40.

Habitat ſub muſco.

1074. Praegnans, Dammerdemilbe.

Acarus ruber globoſus glaberrimus, pedibus pallidioribus: anticis longioribus.

Deſcr.

Descr. Minimus, invisibilis futurus, nisi laete coccineus esset; totus laevis, nullis pilis nec in pedibus conspicuis, nec in antennis, nec in reliquo corpore. Color pedum antennarum dilutior quam in reliquo corpore.

Habitat in humo praegnanti primo vere.

1075. Musci, Moosmilbe.

Acarus corneus pilosus niger. *Beytr. zur Nat. p.* 40.

Habitat in musco.

1076. Limacum, Schneckenmilbe.

Acarus limacum. *Beytr. zur Nat. p.* 13.
Insecte des limaçons. *Reaum. act. gall.* 1710.

Habitat in Helice Pomatia.

1077. Telarius, Spinnende Milbe.

Acarus elliptoideus, pedibus fecundis tertiisque distantibus. *Beytr. zur Nat. p.* 35.
Acarus telarius. *Lin. S. N. gen.* 266. *sp.* 14.
Lin. faun. suec. n. 1212.
Scop. carn. n. 1075.

Habitat autumno in variarum plantarum pagina inferiore.

1078. Foliorum, Blattmilbe.

Acarus ovatus hyalinus nudus, pedibus omnibus aequalibus. *Beytr. zur Nat. p.* 33.

Habitat in variarum plantarum foliis, per aestatem.

1079. Putrescentiae, Dungmilbe.

Acarus ovatus hyalinus setosus, pedibus subaequalibus. *Beytr. zur Nat. p.* 34.

Habitat in terra praegnante. Copioſus obtinetur, ſi faeces Caffeae miſceantur humo, & humore excitetur fermentatio.

1080. CARDUELIS, Stieglitzmilbe.

Acarus ovatus ſubhyalinus, nigricans nudus; pedibus ſubaequalibus: omnibus phyſapodibus. *Beytr. zur Nat. p.* 38.

Habitat in Fringilla Carduele.

1081. APHIDIOIDES, Springmilbe.

Acarus Saltatorius ano bicaudato. *Beytr. zur Nat. p.* 38.

Acarus aphidioides. *Lin. S. N. gen.* 266. *ſp* 12. *Lin. faun. ſuec. n.* 1972.

Pflanzenmilbe. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1048.

Habitat in plantis variis putreſcentibus gregarius.

1082. COCCINEUS, Karmoſinmilbe.

Acarus ovatus coccineus, pedibus ſex, corpore ſimplici.

Pediculus coccineus. *Scop. carn. n.* 1053.

Deſcr. Corpus ovatum oblongum; pedes longi, filiformes, aeque diſſiti. Antennae longiuſculae apice connivent, ut figuram cordis referant. Oculi prominuli, nigri. Color inſecti ſcarlatinus, pedibus antennisque pallidioribus. Magnitudo lendis. Corpus, pedes, antennae pilis brevibus teguntur.

Obſervavit Celeberrimus D. SCOPOLI inſectum hoc, dum quieſcit, capiti antennisque inniti, pedibus in partem averſam otioſe protenſis, quod & nos vidimus. Inſecto huic pedes tantummodo ſex, unde a Carniolico Plinio pediculis accenſeri ſuſtinuit; ego habitum ſecutus potius, ad acaros retuli. Et obſervat Cl. GOEZE, quosdam acaros juniores non niſi

niſi provecta aliquantulum aetate pedibus octo inſtrui. Forte tamen praeſens ſpecies nunquam plures, quam ſex nanciſcitur. Vidit illam Cl. Scopoli in Hemerobiis variis, in Phryganea quadam, & Leptura; vidi ego illam in Phryganeis variis, & areneis nonnullis, nunquam pedum numerus Senarium exceſſit.

Habitat in Inſectis variis.

1083. Dipterorum, Mückenmilbe.

Acarus coccineus, corpore papilloſo, poſtice ſetis aliquot, pedibus ſex.

La mitte rouge des mouches. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 623. *n.* 5, an?

Acarus gymnopterorum. *Lin S. N. gen.* 266. *ſp.* 26.?

Deſcr. Corpus oblongo ovatum, illud privum habet, quod latera varie ſinuare poſſit, unde, cum hoc facit, circumferentiam lobatam nanciſcitur. Hinc inde ad latera corporis veruccae nitentes minutiſſimae. Pili fere nulli, vix lobus abdominis ſeu corporis quivis pilo unico inſtruitur; poſtice pili tres quatuorve longiores. Pedes moniliformes, utcunque piloſuli. Velox an tardum ſit animal, non definio, nec enim niſi in quiete vidi.

In Actis Academiae Scientiarum Pariſinae ad annum 1693. a Cl. de la Hire inſectum deſcribitur, noſtro apprime ſimile; illud in inſectis dipteris culiciformibus habitare dicitur, id eſt in Tipulis: & noſtrum in Tipulis habitat; illud colore eſt lucido rubro flaveſcente; noſtrum gaudet colore coccineo; illud magnitudine lendis, nec noſtrum lende majus. Fors quam deſcripſimus ſpeciem, larva illius eſt, quam de la Hire loco laudato deſcripſit.

Habitat in Inſectis variis.

1084. Vege-

1084. VEGETANS, Haarmilbe.

Acarus *vegetans*, cruſtaceus fuſcus marginatus, convexus, ſubtus planus. *Lin. addit. ad S. N.*

Habitat in variis coleopteris.

1085. SAMBUCI, Hollundermilbe.

Diagnoſ. Acarus ruber, pedibus palpisque pallidioribus; corpore pedibusque ſetis longiuſculis conſperſis.

Oculi duo nigri.

Motus non feſtinus.

Habitat in foliis Sambuci nigrae, rarus.

Leſſus 4. April. coelo adhuc frigido, ac thermometro Reaumuriano nonniſi $8\frac{1}{2}$ l. n. ſupra zerum elevato. Lynceo mihi inſpicere hoc inſectum non licuit.

1086. MUSCARUM, Fliegenmilbe.

Acarus muſcarum. *Scop. carn. n.* 1066.

Deſcribere inſectum nequeo, quod exemplar mortuum nactus fuerim, quod jam pedes contraxerat.

Habitat in Muſco.

1087. ACARORUM, Milbenmilbe.

Acarus acarorum.

Deſcr. Hemiſphaericus, pallidus, glaber, pilis tantum in corpore aliquot brevibus, in pedibus nonnihil numeroſioribus. In ſecundo pedum pari haud procul a baſi ſeta longiuſcula. Pedes omnes aequales, breviculi. Antice corpus minutum, cui ſetulae duae antrorſum porrectae inſident divergentes.

Habitat in acaro *craſſipede*, adulto. Specimen, cui inſidebat haec ſpecies magnitudine feminis Cheiranthi annui fuit.

Enumerat LINNAEUS acarum quendam, quem *Scabrum* vocat; an non ea ſpecies Acarus craſſipes acaro *acarorum* inſeſtatus? Certe minutus noſter acarus in acaro majori quietiſſimus, numeroſusque adeſt, ita

ita ut fere duodecim insectum unicum obsideant; nec facile etiam a mortuo discedit, sed cum illo moritur.

PHALANGIUM, Krebsspinne.

1088. Opilio, Weberknecht.

Phalangium *Opilio*, abdomine ovato, subtus albo. *Lin. S. N. gen.* 267. *sp.* 2.
Lin. faun. suec. n. 1992.
Scop. carn. n. 1122.
Le faucheur. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 629.
Weberknecht. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1060.

Habitat in hortis. Ejus historia naturae curiosis adhuc aenigma. Mouffeti narratio confirmatione indiget.

1089. Cornutum, Gehörnte Krebsspinne.

Phalangium *cornutum*, abdomine depresso, rostro bicorni, palpis pediformibus. *Lin. S. N. gen.* 267. *sp.* 3.
Hornschnauze. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1061.

Habitat in hortis.

1090. Cancroides, Scorpionspinne.

Phalangium *cancroides*, abdomine ovato depresso, chelis laevibus, digitis pilosis. *Lin. S. N. gen.* 267. *sp.* 4.
Acarus cancroides. *Lin. faun. suec. n.* 1968.
Scop. carn. n. 1067.
Pod. mus. graec. p. 122.
Le Scorpion-araignée. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 618.

Habitat passim, acaros venans; ex insectorum collectionibus, si quando ibi occurrat, pellendum non videtur, quod acaris termetibusque infestum sit.
Insectum, quod Cl. Poda sistit, ab hoc diversum videtur.

ARA-

ARANEA, Spinne.

1091. DIADEMA, Kreuzspinne.

Aranea *diadema*, abdomine globoso rubro-fusco, cruce alba. *Lin. S. N. gen.* 268. *sp.* 1.

Lin. faun. suec. n. 1993.
Pod. mus. graec. p. 122.

Aranea Linnaei. *Scop. carn. n.* 1077.

Die große röthlichgelbe Spinne. *Frisch Inf. Deut. part.* 7. §. 4.

L'araignée porte-feuille. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 646. *sp.* 8.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. $5\frac{1}{2}$ lin.
abdominis 4 —
pedis 1. paris $8\frac{1}{2}$ —
2. paris $7\frac{1}{2}$ —
3. paris 5 —
4. paris 7 —
Latitudo abdominis $2\frac{3}{4}$ —

Descr. Oculi magnitudine aequales; abdomen ovatum. Color cinereus. Tergo macula alba cruciformis erosa. Abdomen subtus linea longitudinali nigra, punctisque aliquot flavescenti albis.

Autumno domos intrat, mirae magnitudinis, ibique telas suas, & ova adpendit in annum sequentem.

1092. CUCURBITINA, Eyerwickelnde Spinne.

Aranea *cucurbitina*, abdomine subgloboso flavo: punctis quibusdam nigris. *Lin. S. N. gen.* 268. *sp.* 3.

Lin. faun. suec. n. 1995.

Habitat in frutetis, plantis, arboribus.

1093. Bi-

1093. BIPUNCTATA, Doppeltpunctirte Spinne.

Aranea *bipunctata*, abdomine globoso atro: punctis duobus excavatis. *Lin. S. N. gen.* 268. *sp.* 6.

Lin. faun. suec. n. 1997.
Pod. mus. graec. p. 3.

Oculi octo subaequales. Color fuscus. Abdomen punctis excavatis pluribus minutis; duobus majoribus.

1094. ANGULATA, Eckigte Spinne.

Aranea *angulata*, abdomine ovato: antice lateribus angulato acuto. *Lin. S. N. gen.* 268. *sp.* 8.

Lin. faun. suec. n. 1999.

Descr. Thorax fuscus, albo nonnihil variegatus, medio linea longitudinali rubenti. Abdomen subrhomboideum, supra ad basin puncta duo elevata, ante quae ex petiolo utrinque descendit macula lineaque alba. Disco abdominis albo, nigro confertissime punctato, maculisque quatuor candidis in linea longitudinali. Sub apice maculae duae nigrae.

Habitat in urtica urenti & dioica. Visum insectum prius perlustrat, it, redit. Tandem Torrente filorum illud dense involvit; involutum relinquit quietem captura. Capta nonnulla in recessu quiete, praedam exsugit.

1095. DOMESTICA, Hausspinne.

Aranea domestica, abdomine ovato fusco: maculis quinque nigris subcontiguis: anterioribus majoribus. *Lin. S. N. gen.* 268. *sp.* 9.

Habitat passim; lippis tonsoribusque nota.

1096. No-

1096. NOCTURNA, Nachtſpinne.

Aranea *nocturna*, abdomine nigro: punctis duobus albis, baſique lunula alba. *Lin. S. N. gen.* 268. *ſp.* 21.

Lin. faun. ſuec. n. 1010.

Habitat in domibus rara.

Varietas? lunula baſeos rubra.

1097. EXTENSA, Geſtreckte Spinne.

Aranea *extenſa*, abdomine longo, argenteo vireſcente; pedibus longitudinaliter extentis. *Lin. S. N. gen.* 268. *ſp.* 22.

Lin. faun. ſuec. n. 2011.

Habitat in angulis domorum ſine reti; pedes 4. anteriores antrorſum: poſteriores retrorſum recta extendens; frequens in cabanis. Occurrit etiam in fruticibus, reti laxo inſidens eodem ſitu.

1098. FUMIGATA, Rauchſpinne.

Aranea *fumigata*, abdomine ovato fuſco: baſi punctis duobus albis. *Lin. S. N. gen.* 268. *ſp.* 16.

Lin. faun. ſuec. n. 2006.

Pod mus graec ſp. 2.

Habitat ruri.

1099. FIMBRIATA, Saumſpinne.

Aranea *fimbriata*, abdomine oblongo nigro: linea utrinque laterali alba, pedibus fuſcis. *Lin. S. N. gen.* 268. *ſp.* 23.

Lin. faun. ſuec. n. 2012.

Habitat in aquoſis.

1100. SEXPUNCTATA, Sechspunctirte Spinne.

Aranea *ſexpunctata*, punctorum abdomini impreſſorum paribus tribus.

Ara-

Aranea sexpunctata. *Lin. S. N. gen.* 268. *sp.* 24.

Lin. faun. suec. n. 2013.
Pod. mus. graec. p. 123.

Mensurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
abdominis 4 —
pedis 1. paris 9 —
2. paris 8 —
3. paris $5\frac{3}{4}$ —
4. paris $7\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $3\frac{1}{2}$ lin.

Descr. Oculi duo laterales fere in unum coalescunt; reliqui magis distantes. Color rufo- cinereus; abdomen ovatum, stria lata longitudinali utrinque sinuata, fusca, intra quam tria paria punctorum excavatorum.

Habitat in Sylvis acerosis, inter folia Abietis, Pinique junior: senior habitat sub cortice.

1101. Holosericea, Sammetspinne.

Aranea *holosericea*, abdomine ovato- oblongo, holosericeo: basi subtus punctis duobus flavis. *Lin. S. N. gen.* 268. *sp.* 29.
Lin. faun. suec. n. 2015.

Habitat in truncis arborum sub cortice vetusto, ibique hybernat.

1102. Octopunctata, Achtpunctirte Spinne.

Aranea abdomine punctorum excavatorum paribus quatuor.

Aranea octo punctata. *Lin. S. N. gen.* 268. *sp.* 5.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 6 lin.
abdominis 4 —
pedis 1. paris $8\frac{1}{2}$ —
2. paris 8 —
3. paris 6 —
4. paris $8\frac{1}{4}$ —
Latitudo abdominis $2\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Abdomen ovatum; thorax obſolete caſtaneus; pedes albo nigroque variegati, ſpinoſi. Abdomen flaveſcens; punctis impreſſis octo, per paria diſpoſitis; puncta primi paris ſubapproximata: poſtremi minutula. Pectus abdominisque medium ſubtus nigra.

Habitat in feneſtris rete parans perpendiculare. An ergo eadem cum Linneana?

1103. Opilionoides, Weberknechtartige Spinne.

Aranea pedibus longiſſimis exilibus, ſubgregaria.

Aranea Pluchii. *Scop. carn. n.* 1120.
Geoffr. Paris. part. 2. *p.* 651. *n.* 17.

Menſuras non do, niſi unius ſpeciminis, proportionis oſtendendae cauſa; variant enim mire per aetatem.

Longit. a cap. ad an. 3 lin.
pedis 1. paris $19\frac{1}{2}$ —
2. paris $14\frac{1}{2}$ —
3. paris $10\frac{1}{2}$ —
4. paris $13\frac{2}{3}$ —

Haec, cujus menſuras dedi, adulta fuit: ovorum enim ſuorum curam geſſit; ea tenui ſerico involuta de loco in locum transfert. Non caret haec ſpecies reti; ſed illud laxiſſimum eſt, & irregulare,

lare, decuſſantibus ſeſe in omnem partem filis. Habitant plures ſaepe in eodem reti, minus, ac congeneres, feroces. Color griſeus, ſeu pulverulentus.

Nunquam mihi viſa Species, praeterquam Viennae in cubiculo humido, nec aurae pervio, at ibi copioſa. Hinc forte inſalubritatis cubiculorum ſignum, & ſuo modo effectus.

* *

1104. SCENICA, Mauerſpinne.

Aranea *ſcenica*, ſaliens nigra: lineis ſemicircularibus tribus albis transverſis.
Lin. S. N. gen. 268. *ſp.* 36.
Lin. faun. ſuec. n. 2017.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. $2\frac{1}{2}$ lin.
abdominis $1\frac{1}{2}$ —
Latitudo abdominis $\frac{2}{3}$ —

Habitat in lignis, lapidibusque ſoli expoſitis.
Oculi octo quidem, ſed unum par ita minutum, ut vix ope lentis viſibile.

1105. TRUNCORUM, Baumſpinne.

Aranea *truncorum*, ſaliens nigra: dorſo punctis albis. *Lin. S. N. gen.* 268. *ſp.* 37.
Lin. faun. ſuec. n. 2018.
Aranea Olearii. *Scop. carn. n.* 1115. an?

Menſurae. Longit. a cap ad apic. abdom. 3 lin.
a cap. ad abdomen. $1\frac{1}{2}$ —

Deſcr. Saltatrix; oculorum par tertium minutiſſimum. Oculi primi paris magni, iride lutea. Supra infectum coloris eſt cinerei. Pedes primores craſſi; antennarum clavae ſubtus adpendiculatae.
Habitat in truncis arborum apricantium.

1106. RUPESTRIS, Steinſpinne.

Aranea *rupeſtris*, ſaliens: abdominis macula nigra margine rubra medio alba.
Lin. S. N. gen. 268. *ſp.* 38.
Lin. faun. ſuec. n. 2019.

Unica vice hoc inſectum vidi.

1107. SACCATA, Sackſpinne.

Aranea fuſca; thorace linea dorſali pallidiore; abdominis baſi ſupra faſciculo pilorum alborum.

Aranea Lyonetti. *Scop. carn. n.* 1116.

Aranea ſaccata. *Lin. S. N. gen.* 268. *ſp.* 40.
Lin. faun. ſuec. n. 2021.

L'araignée cendrée à trois lignes blanches ſur le corcelet. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 650. *n.* 15.

Erdſpinne mit dem Eyerſack. *Friſch Inſ. Deut. part.* 8. *p.* 3. §. 2.

Sackträger. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1084.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 5 lin.
pedis 1. paris $6\frac{1}{2}$ —
2. paris $6\frac{2}{3}$ —
3. paris $5\frac{5}{6}$ —
4. paris $7\frac{3}{4}$ —
Latitudo inſecti 2 —

Deſcr. Color multum variat; ſed thorax ſupra longitudinaliter pallidior eſt; ad angulum baſeos abdominis ſuperne faſciculus pilorum alborum antrorſum porrectus.

Habitat in pratis.

1108. VI-

1108. VIRESCENS, Kolbenſpinne.

Aranea abdomine oblongo flavo viridi: lineis lateribus albis.

Aranea vireſcens. *Lin. S. N. gen.* 268. *ſp.* 42.

Deſcr. Oculi octo nigri viridesve, aequales, parvi. Color vireſcens, linea diaphana longitudinalis per totum corpus, aut obſcurior. Saepe haec ſpecies candida eſt. Objecta inſecta absque filis necat, & devorat.

Habitat in gramine.

1109. VIATICA, Krabbenſpinne.

Aranea *viatica*, abdomine ſubrotundo plano obtuſo, pedibus quatuor poſticis breviſſimis. *Lin. S. N. gen.* 268. *ſp.* 43. *Lin. faun. ſuec. n.* 2027.

Habitat in arborum truncis; palis.

1110. OSBECKII, Gelbe Spinne.

Aranea lutea; abdomine punctis impreſſis, paribus duobus tribusve cum impari; pedibus anticis longioribus.

Aranea Osbeckii. *Scop. carn. n.* 1100.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 3 lin.
pedis 1. paris 6 —
2. paris 6 —
3. paris $3\frac{1}{4}$ —
4. paris $3\frac{1}{4}$ —
Latitudo abdominis $1\frac{2}{3}$ —

Habitat in floribus.

1111. Wilkii, Wilksſpinne.

Aranea nigro cinereoque variegata; pedibus cinereis, nigro annulatis: poſticis brevioribus.

Aranea Wilkii. *Scop. carn. n.* 1106.

Adcurata eſt deſcriptio Scopolina; abſunt vero puncta abdominis nigra; & eorum loco adſunt puncta duo impreſſa. In baſi & prope abdominis apicem figura nigra circumflexa.

Habitat Viennae, Lincii.

Currit in palis ligneis.

Longitudo pedum hunc tenet magnitudinis ordinem:

2. Par.
1. —
3. —
4. —

1112. Goezenii, Götzenſpinne.

Aranea ſaltatoria nigra; abdomine ovato, fronte alba.

Habitat frequens in arbuſtis in *Pratter*.

Abdomini ovato duo puncta impreſſa, pedes antici coeteris craſſiores & longiores; reliqui ſucceſſive breviores gracilioresque evadunt. Oculorum ſitus iſte



SCORPIO, Scorpion.

1113. Europaeus, Europäiſcher Scorpion.

Scorpio manibus angulatis.

Scorpio europaeus. *Lin. S. N. gen.* 269. *ſp.* 5.
Scop. carn. n. 1122.
Pod. mus. graec. p. 124.

Habitat

Habitat Tergesti, innocuus ibidem. Saepe cistas mercatorum intrat, & cum mercibus inde allatis mediterranea penetrat.

CANCER, Krebs.

1114. ASTACUS, Flußkrebs.

Cancer Astacus, *vel* Astacus, *vel* Cancer *simpliciter authorum.*

Habitat in rivis, lacubus, fluviis minoribus.

1115. PULEX, Seitling.

Cancer macrourus articularis compressus, manibus quatuor adactylis, pedibus decem.

Cancer Pulex. *Scop. carn. n.* 1137.

Krebsförmiger Wassermurm. *Frisch Inf. Deut. part.* 7. *p.* 26. §. 18.

Habitat in aquis, rivis, fontibus; albissimus, dum natat; cinereus, dum in aere exsiccatur; si vel modicus accedat calor, rubescit.

Nomen germanicum Austriacis usitatum.

MONOCULUS, Schildfloh.

1116. PULEX, Wasserfloh.

Monoculus *pulex*, antennis dichotomis, cauda inflexa. *Lin. S. N. gen.* 271. *sp.* 4. *Lin. faun. suec. n.* 2047.

Wasserfloh. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1142.
Le perroquet d'eau. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 659.

Habitat in stagnis.

1117. QUADRICORNIS, Traubenträger.

Monoculus *quadricornis*, antennis quaternis, cauda recta bifida. *Lin. S. N. gen.* 271. *ſp.* 6.

Lin. faun. ſuec. n. 2049.

Monoculus quadricornis. *Scop. carn. n.* 1129.

Le monocle à queüe fourchue. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 656.

Hujus deſcriptio & figura frequentiſſima, apud micographos.

Habitat in ſtagnis.

1118. CONCHACEUS, Muſchelfloh.

Monoculus *Conchaceus*, antennis capillaribus, multiplicibus, teſta bivalvi. *Lin. S. N. gen.* 271. *ſp.* 7.

Lin. faun. ſuec. n. 2050.

Le monocle a coquille longue. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 657.

Muſchelfloh. *Lin. Müll. Nat. Cl. V. p.* 1144.

Habitat in ſtagnis, Lyonettum aliquem expectans, a quo adcurate deſcribatur.

1119. INFUSORIUS, Kleinſter Schildfloh.

Monoculus teſta bivalvi, roſtratus, oculis duobus in roſtro ſitis.

Habitat copioſus in ſtagnis; congenerum forte minimus.

ONI-

ONISCUS, Aſſel.

1120. AQUATICUS, Waſſeraſſel.

Oniſcus *aquaticus*, lanceolatus, cauda rotundata, ſtylis bifurcis. *Lin. S. N. gen.* 272. *ſp.* 11.
Lin. faun. ſuec. n. 2061.

L'aſelle d'eau douce. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 672.

Waſſeraſſel. *Friſch Inſ. Deut. part.* 10. §. 5. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1151.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
Latitudo inſecti 1½ —

Habitat in aquis inter confervas.

1121. ASELLUS, Kelleraſſel.

Oniſcus *aſellus*, ovalis, cauda obtuſa, ſtylis ſimplicibus. *Lin. S. N. gen.* 272. *ſp.* 14.
Lin. faun. ſuec. n. 2058.

Oniſcus aſellus. *Scop. carn n.* 1142.
Pod. mus. graec. p. 126.

Le cloporte ordinaire. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 670.

Kelleraſſel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1152.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4 lin.
Latitudo inſecti 2½ —

Habitat paſſim in humidis.

1122. ARMADILLO, Steinaſſel.

Oniſcus *armadillo*, ovalis, cauda obtuſa integra. *Lin. S. N. gen.* 272. *ſp.* 15.
Lin. faun. ſuec. n. 2059.

Oniscus armadillo. *Scop. carn. n.* 1144.
Pod. mus. graec. p. 126.

Le cloporte Armadille. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 670.

Steinaſſel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1153.

Menſurae. Longit. a cap. ad an. 4½ lin.
Latitudo inſecti 2 —

Habitat ſub lapidibus.

SCOLOPENDRA, Vielfuß.

1123. FORFICATA, Scheerenaſſel.

Scolopendra pedibus poſticis duobus multo longioribus.

Scolopendra forficata. *Lin. S. N. gen.* 273. *ſp.* 3.
Lin. faun. ſuec. n. 2064.
Pod. mus. graec. p. 126.
Scop. carn. n. 1146.

La Scolopendre à trente pattes *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 674.

Obſ. Infidum fundamentum praebet pedum numerus in hoc & ſequenti genere. Haec ſpecies occurrit pedibus utrinque 13; 15; 22. Nec verum, hanc varietatem aetatis eſſe; minores poſſideo ſpecies, quae pedes plures habent, dum multo majoribus pauciores obtigerint.

Habitat in fimetis & ſtercoratis, & inter folia putreſcentia, item ſub muſco.

1124. ELECTRICA, Glanzaſſel.

Scolopendra longiſſima filiformis, pedibus plurimis.

Scolo-

Scolopendra electrica. *Lin. S. N. gen.* 273. *ſp.* 8.

Lin. faun. ſuec. n. 2065.
Pod. mus. graec. p. 126.

Der lange glatte Vielfuß. *Friſch Inſ. Deut. part.* 11. *p.* 22.

La ſcolopendre a 140. pattes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 676.

Glanzaſſel. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1159.

Habitat in terra.

JULUS, Tauſendfuß.

1125. Araneoides, Spinnenartiger Tauſendfuß.

Julus pedibus antennisque longiſſimis variegatis.

Julus araneoides. *Pallas Spic. zool. faſc.* 9. *p.* 85.

Beytr. zur Nat. p. 97. §. 70.

Habitat in rimis domorum veterum.

1126. Terrestris, Erdvielfuß.

Julus cylindricus.

Julus terreſtris. *Lin. S. N. gen.* 274. *ſp.* 4.
Lin. faun. ſuec. n. 2068.
Pod. mus. graec. p. 127.
Scop. carn. n. 1152.

Le ïule à 200. pattes. *Geoffr. Paris. part.* 2. *p.* 678.

Erdvielfuß. *Müll. Lin. Nat. Cl. V. p.* 1163.

Habitat

Habitat paſſim; in arborum corticibus, terra praegnante, ſub foliis &c. variat mire magnitudine, coloreque.

1127. COMPLANATUS.

Julus corpore planiuſculo, ſegmentis marginatis; antennis clavatis.

Julus complanatus. *Lin. S. N. gen.* 274. *ſp.* 4.
Lin. faun. ſuec. n. 2068.

Julus ſcolopendricus. *Pod. mus. graec. p.* 127.

Scolopendra Julacea. *Scop. carn. n.* 1150.

Variat mire magnitudine; parvus plerumque; poſſideo tamen ſpecimen 10. lineas longum, $1\frac{1}{2}$ lin. craſſum.

Habitat ſub foliis putreſcentibus.

ADDITAMENTVM.

Insectum hic sistam, an insecti larvam, ignoro equidem; in posteriorem sententiam inclinat animus. Domicilium animal istud in Austria habet, humida ac mucori obnoxia loca; parvitas illius ea, quae facile, etiam diligentis observatoris industriam fallat.

Quaesieram ego in integumento cujusdam libri, qui diu loco humido jacuerat, quemque totum viresceni quodam mucore obductum deprehendi, eam acarorum speciem, cui ab Eruditione nomen superius indidi. Inveni ego quidem, quod quaesieram; sed praeterea corpus quoddam oviforme occurrit, pallidum, quod lendem credere potuissem. Non dubio, ovum, ut erat, esse, subiit inquirere, cujusnam demum animalis ovum esset. Igitur intra tenella at tantulum concava vitra reconditum microscopio subjeci, ac sollicite identidem rediens novum animal, quale quale demum futurum esset, requisivi. Ovum hoc initio oblongum erat, pallidum, macula quadam obscuriore in medio notatum, at ea nullis certis limitibus terminata. Ea macula sensim alterum ovi latus totum occupabat, ac manifestam spem proximae exclusionis faciebat. Tandem insectum ovi discissa tunica prodiit. Mane erat, cum suis insistentem exuviis deprehendi animantem. Poduris non

pror-

prorſus diſſimilem, ſed quod aeris recentis laboraſſet penuria, debilem, & incaſſum conantem pedes ſuos ab exuviis in totum liberare. Remoto vitro, adjuvi debilem; corporique atro impoſitam, quid valeret, expertus ſum. Inceſſus in vitro nullus, in oſſe non valde laevigato lentiſſimus.

Corpus demto capite, quod magnum, ut in poduris, & antice obſolete trilobum, conſtat annulis duodecim; totum pilis longis, quaquaverſus porrectis, horret. Caput minus piloſum, & fere tantum in circumferentia brevibus pilis laxe ciliatum eſt. Antennae articulis tribus conſtant, quorum primus cylindricus apice verticillo pilorum ciliatus eſt; alter priori minor; tertius ſetam refert. Pedes articulis conſtant quatuor, quorum primus, ſi inſectum pronum intuearis, conſpectum fugit, poſtremus in acumen deſinit. Pedes pilis brevibus teguntur. Color inſecto candidiſſimus. Ad declarationem, ſi forte larva eſt, perducere non potui.

EXPLI-

EXPLICATIO FIGURARUM.

Tabula I.

Fig. 1. Pediculus Porcelli valde auctus.

a, *a*, Antennae.
b, *b*, Membra antenniformia.
c, Thorax.
d, *e*, Pedes per diaphanum thoracem transparentes.
f, *f*, Mucrones caudae.
x, Maxilla.

A. Caput antennis, & membris antenniformibus destitutum.

n, *n*, Sinus, ex quibus membra antenniformia prodeunt.

B. Antenna magis aucta.

C. Thorax a corpore separatus.

Fig. 2. Pediculus anseris magnitudine naturali.

Fig. 3. Idem microscopio visus.

a, *a*, Mystaces oris.
b, *b*, Antennae.
c, *c*, Pedes primi paris antrorsum protensi.
d, Articulus abdominis primus globosus.
e, *e*, Pedes secundi paris.
f, *f*, Pedes tertii paris.
g, *g*, *g*, &c. Unguis duplex in apice singulorum pedum.
m, *m*, *m*, *m*, Setae lateri interiori articuli pedum tertii insertae.

n, Hinc

n, Hinc usque ad apicem breves pili conſpiciuntur.
o, Membrum lanceolatum, incerti uſus.
p, Inteſtinum a capite usque ad apicem abdominis recta protenſum, reliquo inſecto magis hyalinum.

Fig. 4. Pediculus Meleagridis, magnitudine aucta.

Fig. 5. Pediculus Muſculi, magnitudine aucta.
a, Inſtrumentum ſuctorium.
b, b, Unci, ſeu chelae.
c, Thoracis macula obſcurior mobilis; forte ſtomachus.
d, d, Lobi thoracis cordiformes.
e, e, Setae caudae.

Fig. 6. Idem inſectum, pelle abdominis laterali ſingularem in modum ſinuata.

Reliquae litterae eadem, quae in priori figura, deſignant.

Fig. 7. Chela ejusdem inſecti magis aucta.
a, Denticulus obtuſus unco mobili obverſus.
b, Junctura unci in brachium.
c, Uncus mobilis.

Fig. 8. Pediculus Ovis magnitudine auctus.
a, Macula cordata, an ſtomachus?
b, b, Oculi.
c, c, Lineae duae transparentes, obſcuriores, mobiles.
d, d, d, &c. Pilorum faſciculi ad annulorum ſingulorum latera ſinguli.
e, Membrum ſuctorium, unciforme, articulatum.
f, f, Antennae.

Fig. 9. Antenna ejusdem inſecti magis aucta.

Tab.

Tabula II.

Fig. A. Acarus holofericeus magnitudine naturali.

Fig. B. Idem insectum majori volumine repraesentatum, sed nondum, ut sub lente conspicitur.

Fig. C. Idem insectum in foco microscopii visum.

a, a. Corpus ovatum, antennis subtus adfixum.

b. Rugae per dorsum discurrentes, seque decussantes.

c. Emarginatura ani.

Fig. D. Antenna magis aucta.

a. Articulus primus ad basin.

b. Articulus secundus.

c. Articulus tertius.

d. Articulus quartus, brevissimus.

e. Articulus quintus, acuminatus.

f. Corpus ovatum.

Ostendit praeterea haec figura, ut antennae subtus pilis longis (rubris) horreant.

Fig. E. Acarus Vitis.

Fig. ♆. Acarus coccineus magnitudine naturali.

Fig. F. Idem microscopio subjectus.

a, a. Oculi.

b. Antennae, quae se ad rostrum in apice applicant.

Fig. G. Acarus Dipterorum.

m, m, m, &c. veruccae minutae, nitentes, rubrae.

Fig. H. Acarus Destructor.

a, a. Oculi.

b, b. Setae oculis imminentes.

c. Setae rostro incumbentes.

d, d, d, &c. Setae in medio pedum ortae, eaeque longae.

e, e, e, &c. Setae aliae in basi pedum sitae, breviores.

f, f. Setae laterales, cum curvatura corporis fere angulos rectos constituentes.

g. Setae, quas insectum post se trahit, dum incedit.

Fig. I. Acarus Eruditus, magnitudine mirum in modum auctus.

a. Proboscis.

b, b. Brachia, seu pedes antici, ad incessum inepti, semper porrecti, ad prehendendum facti.

c. Vasa tria longitudinalia trans thoracem transparentia.

d, d. Corpuscula duo rotunda, fors oculi.

e. Junctura thoracis cum abdomine, seu potius prioris in posterius insertio.

f, f. Setae laterales in abdomine.

g, g. Setae duae longiores apici cujusvis pedum anticorum insidentes.

Fig. K. Brachium ejusdem insecti magis auctum.

a. Pars antica.

b. Pars postica.

c. Uncus immobilis.

d. Apophysis digitiformis pilum sustinens.

e. Alia ejusmodi apophysis.

f. Pollex mobilis.

Tabula III.

Fig. 1. Acarus Reduvius magnitudine naturali.

Fig. 2. Idem Insectum ope lentis vitreae conspectum.

Fig. 3. Pes ejusdem Insecti magis auctus.

Fig. 4. Acarus Dysenteriae valde aucta magnitudine.

Fig. 5. Acarus Confervae, magnitudine multum aucta.

a, a, &c.

a, *a*, *a*, *&c.* Setae medio cujusvis pedis insidentes, in quovis unica.

b, *b*, *b*, *&c.* Articulus pedum secundus, globosus.

c, *c*. Polypi campanulati species (Vorticella ringens, *Müll.*) insecto adhaerens.

Fig. 6. Acarus Adpendiculatus magnitudine naturali.

Fig. 7. Idem magnitudine aucta.

a. Proboscis.

b. Antenna triarticulata, acuta.

c. Antenna clavata, clava solida.

d. Pedum par primum, cui structura similia sunt paria secundum & tertium.

e. Pedum par postremum.

Fig. 8. Antenna praecedentis insecti triarticulata, acuta.

a. Articulus primus.

b. Articulus secundus.

c. Articulus tertius, seu corpus oviforme articulo secundo subtus adfixum.

Fig. 9. Antenna clavata, magis aucta.

Fig. 10. Pedum anticorum unus magis auctus, ut ejus structura manifestior adpareat.

Fig. 11. Pes ex pari postremo.

Fig. 12. Acarus Praegnans.

Fig. 13. Acarus Acarorum.

Tabula IV.

Fig. 1. Pupa Cyniphis Rubi magnitudine naturali.

Fig. 2. Eadem pupa ope lentis visa.

a. Vagina aculei.

b. Oculi.

c. Vaginae pedum.

d. Vagina alae.

Fig. 3. Ovum, in Additamento descriptum.

Fig. 4. Idem ovum pullo jam adultiore.

Fig. 5. Infectum excluſum a latere viſum, dum conatur pedes ex exuviis expedire.

Fig. 6. Idem infectum remotis exuviis in dorſo viſum.

Fig. 7. Pes ſaepe memorati inſecti.

Fig. 8. Antenna ejusdem inſecti. Omnia haec magnitudine enormiter aucta repreſentantur.

Fig. 9. Podura monura valde aucta.

Fig. 10. Abdomen & cauda ſaltatrix ſubtus viſa, magnitudine magis aucta.

Fig. 11. Coccus coſtatus magnitudine naturali.

Fig. 12. Coccus coſtatus magnitudine valde aucta.

Fig. 13. Dimidius Pes Viennenſis in digitos & lineas diviſus.

In his tam parvis, atque tam nullis, quae ratio, quanta vis, quam in extricabilis perfectio! — Quapropter, quaeſo, ne haec legentes, quoniam ex his ſpernunt multa, etiam relata faſtidio damnent, cum in contemplatione Naturae nihil poſſit videri ſupervacuum. PLINIUS *Lib. XI. cap. II.*

ERRA-

B

Fig. 3.




Fig. 2.

Fig. 4.





Fig. 9






a
e
f
b
b
f
c
c
d
d
d

Tab. I.

Fig. B.



Fig. C.




Fig. F.



Fig. O.




Fig. Z.




Fig. X





Fig. 4.



Fig. 6






Fig. 8


Fig. 9.





Fig. 11.

Fig. 10.






Fig. 5.

Fig. 12.



Fig 1
Fig 2
Fig 3
Fig 4
Fig 5
Fig 6
Fig 7
Fig 8
Fig 9
Fig 10
Fig 11
Fig 12
Fig 13

Fig. 5.



Fig. 4.



Fig. 6.



Fig. 8.



Fig. 11.



Fig. 22.



Fig. 1.
a
Fig. 2
b
c
Fig. 3
a
Fig. 4
Fig. 5
Fig. 6
Fig. 7
Fig. 8
Fig. 9
Fig. 10
Fig. 11
Fig. 12
1
2
3
4
5
6

ERRATA.

Pag.	3.	*lin.*	9.	*loco*	antica	*lege*	anticae
-	6.	-	26.	-	Rufei	-	Ruffei
-	17.	-	12.	*pro*	fuſio	-	fuſco
-	ibid.	-	22.	-	$\frac{1}{6}$	-	$\frac{1}{3}$
-	19.	-	30.	-	ſeu	-	ſex
-	24.	-	18.	-	tenius	-	tenuius
-	29.	-	19.	-	Phylii	-	Pſylii
-	54.	-	4.	-	angelum	-	angulum
-	58.	-	31.	-	3, 3, 3,	-	3, 3, 3, 1.
-	62.	-	17.	-	aliae aliae	-	aliae
-	63.	-	15.	-	Alue	-	Alae
-	ibid.	-	16.	-	toto	-	totum
-	ibid.	-	18.	-	forti	-	forte
-	64.	-	18.	-	defecta	-	defectu
-	65.	-	18.	-	faciam	-	faſciam
-	83.	-	14.	-	minime aes	-	minime in aes
-	ibid.	-	16.	-	omnis	-	omnes
-	86.	-	9.	-	Nitidua	-	Nitidula
-	ibid.	-	19.	-	relatum	-	relata
-	ibid.	-	20.	-	inſignitum	-	inſignita
-	89.	-	12.	-	media	-	medio
-	ibid.	-	16.	-	genubus	-	genibus
-	103.	-	9.	-	dua	-	duo
-	107.	-		-	ubtus	-	ſubtus
-	110.	-	1.	-	dentates	-	dentatis
-	111.	-	27.	-	nigraque	-	nigroque
-	112.	-	7.	-	albidus	-	albidis
-	ibid.	-	16.	-	inſpecta	-	inſpecto
-	114.	-	15.	-	URTICA	-	URTICAE
-	122.	-	3.	-	ſtris	-	ſtriis
-	126.	-	19.	-	pilis	-	pilus
-	129.	-	ult.	-	reliqua	-	reliquo
-	132.	-	7.	-	ſubmuricata	-	ſubmuricato
-	136.	-	13.	-	tectus	-	tectum

Pag.	140.	*lin.*	5.	*pro*	Hagenartiger	*lege*	Hayenartiger.
-	146.	-	26.	-	Thoraci	-	Thorace
-	168.	-	30.	-	Ob	-	Os
-	174.	-	11.	-	ectavo	-	octavo
-	193.	-	5.	-	coratato	-	cordato
-	200.	-	5.	-	acutum	-	oculum
-	224.	-	16.	-	nigrum	-	nigram
-	234.	-	17.	-	Onisco	-	Onisсos
-	252.	-	29.	-	renisque	-	venisque
-	284.	-	2.	-	flavescentibus	-	flavescenti
-	290.	-	15.	-	globosus	-	globosis
-	319.	-	26.	-	pedio	-	medio
-	348.	-	26.	-	pedestque	-	pedesque
-	376.	-	3.	-	unica	-	unico
-	386.	-	12.	-	interrupta	-	interruptae
-	391.	-	26.	-	campanulata	-	campanulato
-	414.	-	26.	-	thovaceque	-	thoraceque
-	449.	-	9.	-	querrés	-	quarrés
-	450.	-	16.	-	posticis	-	posticis crassioribus muticis
-	475.	-	24.	-	inscriptae	-	inscripto
-	501.	-	6.	-	instructum	-	instructus
-	510.	-	26.	-	anti	-	antice
-	513.	-	11.	-	mentientia	-	mentientes
-	ibid.	-	26.	-	primis	-	primi
-	514.	-	5.	-	ipsis	-	ipsi
-	541.	-	11.	*post*	acarorum	*adde*	speciem
-	542.	-	14.	*pro*	constat	*lege*	constant.

In

Klett- und Frankischen Buchhandlung,

sind nebst andern Büchern, folgende auf eigene Kosten gedruckt worden.

Belidors, Architectura hydraulica oder Wasserbaukunst, 2 Theile, mit 219 Kupfert. Fol. fl. 42.

Branders, G. F. Beschreibung eines Spiegelsextanten, ingleichen einer neuen Abänderung des Meßtisches, wie auch eines ganz neuen Meßtisches und des sogenannten Scheibeninstrumentes, als der zweyte Beytrag zu der Beschreibung des geometrischen Meßtisches, mit Kupf. 8. 774. 30 kr.

- - kurze Beschreibung einer ganz neuen Art einer Camerae Obscurae, ingleichen eines Sonnenmicroscops, welches man bequem aller Orten hinstellen, und ohne Verfinsterung des Zimmers gebrauchen kann, mit Kupf. compl. 8. 27 kr.

- - Beschreibung zweyer zusammen gesetzten Microscope, mit Kupf. 8. 15 kr.

- - kurze Beschreibung zweyer besonderer und neuer Barometer, welche sich nicht nur verschließen, und sicher von einem Orte zu dem andern bringen lassen, sondern auch zu Höhenbeobachtungen vorzüglich zu gebrauchen sind, mit Kupf. 8. 772. 12 kr.

- - Beschreibung einer neuen hydrostatischen Wage, nebst zweyen hiezu gehörigen Abhandlungen, mit Kupf. 8. 771. 27 kr.

- - die neue Art, Winkel zu messen, vermittelst eines neuen amphidioptrischen Goniometers, ingleichen Linien und Zirkel mit dem Glasnoniusmaaßstab scharf und richtig zu theilen, mit Kupf. 8. 772. 30 kr.

- - der neue geometrische Universalmeßtisch, nach seiner Zusammensetzung und nach seinem Gebrauche beschrieben, mit Kupf. 8. 772. 15 kr.

Bran-

Branders, G. F. kurze Beschreibung eines Systems von Maaßstäben zu Zeichnungen, m. Kupf. 8. 772. 12 kr.

- - Arithmetica Binaria sive Dyadica, das ist, die Kunst mit 2 Zahlen zu rechnen, 8. 12 kr.

- - kurze Beschreibung einer kleinen Luftpumpe, oder Cabinet Antlia, mit Kupf. 8. 20 kr.

- - Beschreibung eines magnetischen Declinatorii und Inclinatorii, nebst der Anweisung wie man sich dieser Instrumente bedienen soll, mit Kupf. 8. 24 kr.

- - Beschreibung seines ganz neu verfertigten und besondern Planisphaerii Astrognostici Aequatorialis, vermittelst dessen man nicht nur alle Sterne sogleich am Himmel finden, sondern auch alle Aufgaben der Cosmologie auf eine recht vorzügliche mechanische Art sehr leicht und richtig auflösen kann, m. Kupf. gr. 8. 36 kr.

Guyots, Herrn, neue physicalische und mathematische Belustigungen, 7 Theile, mit vielen Kupf. gr. 8. fl. 15. 30 kr.

Mertens, H. A. hodegetischer Entwurf einer vollständigen Geschichte der Gelehrsamkeit, für Leute die bald auf Universitäten gehen wollen, oder kaum dahin gekommen sind, 2 Theile, 8. 780. fl. 2. 45 kr.

- - auserlesene Gedichte aus einigen Originaldichtern, neue verbesserte Auflage, 8. 780. 54 kr.

Mönnichs, B. F. Anleitung zur Anordnung und Berechnung der gebräuchlichsten Maschinen, nach Maximen und Regeln welche die Erfahrung und Theorie an die Hand giebt, 1te Abhandl. mit Kupf. gr. 8. 779. fl. 1. 45 kr.

Leggiadria dello Stile italiano ossia Raccolta di Pezzi Scelti de piu eccellenti Scrittori in prosa e poesia, 8. 778. fl. 1. 15 kr.